

El manuscrito 404 del Colegio de Santa Cruz de Valladolid

por

JOSÉ MARTÍN PALMA

OBSERVACIONES

Se conserva en la Biblioteca del Colegio de Santa Cruz de Valladolid con la signatura 404; anteriormente ha tenido la signatura 265.

Incipit: "Prima Pars Sancti Thomae, questio 23, articulus 1".

Explicit: "Finis universae materiae de beatitudine" y dos rúbricas.

Manuscrito en papel de 220x210. Pergamino con restos de correas. Incluye dos tratados: el de Praedestinatione con setenta y dos folios y el De Beatitudine con noventa y uno.

No es absolutamente desconocido. El P. Solano ha editado del primer tratado el artículo quinto¹ y el P. Elorduy algunos fragmentos del segundo tratado². Parece darse por supuesta la identidad de autor para ambos tratados, que sería en todo caso el P. Suárez.

En nuestra tesis doctoral, que fue presentada el año 1954, hicimos mención del manuscrito y de la necesidad de publicarlo, aunque manteniendo ciertas reservas sobre su posible paternidad suareciana.

Por ahora solo pretendemos dar a conocer el texto. Editamos en este número de Archivo Teológico Granadino el De Beatitudine, excepto al "Quaeritur ultimo in hac materia: utrum in hominē sit naturalis appetitus ad beatitudinem", que por razones de espacio remitimos al próximo número de Archivo, en el que editaríamos además, Dios mediante, todo el tratado De Praedestinatione.

Sobre la base de los textos editados será más fácil revisar las fechas de composición de ambos tratados, la identidad de autor y su paternidad suareciana. Muy detenidamente quisieratmos analizar la relación del manuscrito con los orígenes de la potencia obediencial activa.

En la transcripción se ha tenido en cuenta un criterio más teológico que filológico. Se ha procurado facilitar la lectura a los teólogos, modernizando la puntuación, nivelando mayúsculas y minúsculas, igualando algunas grafías, etc. Modificaciones que ayudan a la lectura y no interesan la fidelidad al contenido.

En notas con letras se indican las correcciones de alguna importancia y en notas con números se recoge lo que, constando en el original, no se refleja en el texto transcripto v.g. tachaduras o correcciones del amanuense.

La fotocopia del manuscrito se archivará en la Biblioteca de la Facultad de Teología de Granada para el que le interese de alguna manera la dimensión estrictamente lingüística.

Reiteramos desde estas páginas nuestro agradecimiento al que fue nuestro director de tesis, P. José Antonio de Aldama, que nos dió las primeras indicaciones sobre el manuscrito. Sinceramente agradecemos también a la Dirección de la Biblioteca del Colegio de Santa Cruz de Valladolid las facilidades que en todo momento nos dieron para su utilización y al P. Olivares, nuestro colega en la Facultad, su valiosa ayuda en el duro trabajo de corrección de pruebas y correjo.

- 1 SOLANA, J., Un manuscrito inédito sobre Protestación. Actas del IV Centenario del nacimiento de P. Suárez 1549-1948, II, p. 179-190.
- 2 ELSNEROV, E., La potencia obediencial en Suárez, *Las Ciencias* 9 (1944) 826. Cfr. *Arch. Teol. Gran.* 10 (1947) 20-21 y *Miscel. de Comillas* 9 (1948) 337.

TEXTO

J H S

Materia de Beatitude 1-2. S. Thomas

Quaestio 1.^a D. Tho[mas] DE ULTIMO FINE HOMINIS IN 8 ARTICULOS DIVISA.

Postquam D. Tho[mas] agit 1 parte de Dco et secundum se et ut est principium efficiens rerum, agit in hac 1-2 de illo ut fine ultima. Et primo agit de beatitudine quae est finis, deinde de mediis internis generalior, tum particulariter agit 2-2 sicut de mediis externis 3 p. Secundo obiectum formale huius partis idem est quod totius Theologiae, materiale vero subiectum sunt omnia quae pertinunt ad hanc partem. principale vero obiectum in hac parte est beatitudo; quae divisio triplicis obiecti per analogiam scientiae cuiuslibet ad potentias intelligi potest, sicut in visu se habet color, lumen, album et nigrum.

ARTICULUS 1. Utrum homini conveniat agere propter finem

Respondet S. Tho[mas] conclusio affirmativa, sed dubitat 1^a quid sit actiones humanas esse propter finem? Vel significat esse propter bonum et hoc commune est, teste Aris[totele] 1 Ethic. c. 1, omni arti et omni actioni vel significat volitionem terminari ab obiecto et hoc est commune aliis actionibus et magis pertinet ad rationem formae quam finis, quia formae est determinari et specificari; ergo obiectum volitionis ex eo quod determinat voluntatem non induit aliud genus causae quam formae specificantis; quam rationem habent omnia obiecta respectu suarum actionum. Vel significat quod libertas voluntatis determinetur ab obiecto et hoc est falsum, quia beati in patria amato Deum necessario non agerent propter finem. Deinde quia in illa opinione quod voluntas potest sequi minus bonum voluntas non ageret propter finem, quando eligeret minus bonum quia non potuit determinari a minori bono in praesentia majoris boni, praesertim quia ut diximus determinari et specificari est effectus causae formalis.

Dicendum est in hoc re actionem humandom esse propter finem non esse quum obiectum voluntatis sit causa finalis respectu operationis sed respectu operantis, ita ut respectu operationis voluntatis

objecum non sit finis sed forma, respectu vero ipsius voluntatis operantis non sit forma sed finis. Probatur: finis est quod movet officiens ad operandum, ut saepe ducit D. Thomas ex Aris[^{totale}] dicente "primum causalitatem inter causas esse finem ut patetbit"¹ articulo sequenti ut hoc articulo argumento sed contra; ergo antequam sit operatio sicut praetelligitur agens ita praetelligitur motus a fine. Ergo agere voluntatem propter finem non est operationem ipsam respicere obiectum ut finem sed voluntatem applicari ad operationem circa tale obiectum ex motione obiecti. Secundo quia obiectum voluntatis respectu ipsius actus eodem modo se habet atque obiectum actus cuiuscunq[ue] potentiae, sed in aliis actibus obiectum tantum est causa formalis extrinseca, ergo et respectu actus voluntatis, nam sicut visio specificatur a cœlum ita actus voluntatis a bono et convenienti, et sicut voluntas per actum [l[ib.]] fertur in obiectum, id est realisatur circa obiectum, ita actus aliarum potentiarum, ergo nulla alia causalitas requiritur in obiecto voluntatis respectu actus quam formae specificantis extrinsecæ, nam si per impossibile voluntas nulla prævia cognitione tenderet in proprium obiectum nulla alia causalitas esset in obiecto respectu sui actus, ergo causalitas finis tota est sumenda respectu voluntatis secundum quod praeceedit operationem.

2^o dicendum est actiones humanas esse propter finem, nihil aliud esse, teste D. Tho. ad 3 quād quod agens ex botitatem rei apprehensae moveatur ad talēm actionem potius quam ad aliam, quod in nulla potentia reperitur nisi in voluntate.

Unde ad primum respondetur quod alias potentiae et actiones realisantur circa bonum materialiter, id est, circa rem quae illis bona est et conveniens, non tamen sub ratione boni, unde appetitus sensitivus non agit propter bonum formaliter ita ut ratio boni sit ratio quac appetatur formaliter; probatur aperte, quia bonum supra ens tantum potest habere respectum et addere relationem, ut Iatius probabitur l p. q. 8 a. I dubiu 2, sed appetitus sensitivus non potest ferri in aliquid ut relatum ad alterum, ergo sicut non potest ferri in aliquid sub ratione finis, quia non potest sensus videre convenientiam et proportionem mediorum cum fine, ita non poterit ferri ad bonum formaliter, quia bonum est et dicit convenientiam rei cum operante; nam idem venetum quod humini malum est quia interi-

^a ms. dicens

¹ Lectura probable

mit, aspidi bonum est quia conservat, ergo has diversas proportiones non potest sensus cognoscere neque appetitus ferre in illis.

Ad caetera argumenta respondetur verum esse causam finalem non posse esse idem cum formaliter specificante extrinsecus, nam rem aliquam esse causam huiusmodi est quum, ex imperfectione nostri intellectus non potentis intelligere rem sicuti est, intelligatur res absoluta in ordine ad aliud, neque etiam Deum visum per colorem intelligit, si causalitas finis est motio quaedam quae non est in re quia a me intelligitur, sed gula a parte rei agens agit gratia illius obiecti, quod tantum respectu agentis habet rationem finis.

Dubitatur 2^a: Quomodo intelligatur propositio D. Tho. in solutione ad 2: finis est obiectum voluntatis.

Quia aperte D. Tho. 1 q. 8 n. 2 docet: media etiam esse obiectum voluntatis ex tribus Cas[etani] solutinnibus elegit Med[in]a hoc loco, falso tamen, quod scilicet D. Tho. loquatur de obiecto adaequato voluntatis, gula, inquit, media sint obiectum per accidentia voluntatis, sed non videt aliud esse medium esse bonum per accidens aut medium esse obiectum per accidens voluntatis; nam quamvis media, in quantum media, habeant totum suum bonitatem a bonitate finis et ita sint bona per accidentia a bonitate alterius, [2r] tamen haec ipsa media sunt proprie obiectum voluntatis, sicut partes est dexter per accidentia a dexteritate animalis, ita ut nulla alia sit dexteritas quam animalis, tamen ipsum est dexteritas per accidentia est per se intelligibilis, ita etiam appetibilitas mediorum est in illis per accidentia a fine, tamen haec ipsa appetibilitas est proprium obiectum voluntatis; unde quamvis media sint appetibilia per accidentia, id est, per aliud, tamen proprio actu voluntatis appelluntur, unde quamvis bonum dicatur analogice de utili et honesto, quia utile tantum est bonum ut medium, honestum ut finis, tamen actus voluntatis uniuerso dicitur de actu circa media et de actu circa finem, scilicet, de intentione et electione.

Omissa etiam distinctione Contradi et Med[in]a] hoc loco dicendum medium esse per se obiectum terminativum nec per se motivum, quia reversa medium sicut terminat ita movet, scilicet secundario, omissa etiam solutione aliorum quod D. Tho. loquatur de obiecto principali, scilicet, de fine, non de medio; dicendum est loqui de obiecto adaequato voluntatis, quia finis est quid communis ad finem proximum et ultimum, et ita media habent rationem finis et causae finalis, ut probabimus a. 4 Patet ex propositione quam supposuit D. Tho. in corpore articuli, omnes actiones quae procedunt ab aliqua potentia

causantur ab ea secundum rationem sui obiecti, quae propositio, ut vera sit in quocunque potentia, necesse est intelligatur de obiecto adaequato et formaliter. unde notanter dixit D. Tho. finem et bonum esse obiectum voluntatis, ut significaret non tantum finem ultimum sed etiam medium esse quia est bonum ut probavit D. Tho. 1 q. 8 a. 2 et ita comparavit D. Tho. hoc locu[m] obiectum voluntatis cum colore respectu visus, at color obiectum adaequatum est.

Notandum tamen est quod media non habent totam bonitatem a fine, quia non habent suam entitatem a fine, atque ita neque bonitatem, quae includit necessarium entitatem, sed tamen habent a fine appetibiliam et convenientiam respectu agentis; Itaque patet amara bonitatem et convenientiam cum sanitate consequenda a se habet, tamen quod habeat bonitas et convenientia respectu huius effectus sanitatis sit convenientia agenti appetibili totaliter manat a fine, quia tota ratio quare bonitas rationis amarae ad comparandam sanitatem est bonitas homini est quia homo intendit talern finem.

Dubitatur 3^a. Quid intelligat D. Tho. nomine actionis humanae.

Cum docet illas esse actiones humanas quarum homo est dominus, quia videmus multas esse actiones proprie[tes] hominis et consequenter humanas, quarum tamen homo non est dominus sicut est discursus naturalis aut risus, respondet Cai[setanus] non esse proprie[tes] actiones sed operationes quae liberae non sunt, quia in illis homo non se agit sed agitur, sed hoc est contra D. Tho. admittentem aliquas actiones hominis, quae humanae non sunt, ergo non confundit D. Tho. actiones, [2o.] hominis et actiones humanas, nam 1 q. 57 ex Aris[totele] 9 Meth. distinguit facere ab agere, quoniam agere dicit actionem non transiuntrem in exterioriem materiam, atque ita videre et sine libertate appellatur a^m D. Tho. actio, ergo quondam haec non dicatur humana non est quia actio non sit. Sed ex alio capite

Dicendum est nomine actionis humanae non intelligi eas quae sunt quoad substantiam hominis proprias, sed quae sunt proprie[tes] quoad modum, sive sint illi propriae hominis quoad naturam et substantiam, sive communes cum aliis, nam videre^b potest esse proprie[tes] actionis humanae quaevis quoad substantiam sit communis cum brutis, et videre est actio proprie[tes] hominis et potest non esse humana modo, ergo necesse est quod sit actio hominis procedens ex deliberatione rationis appre-

^b ms. ad

^c ms. videt

hendentis convenientiam obiecti cum agenti propter finem, notanter dixi procedens ex libertate vel libere, quia, etiam si sit actio necessaria, potest esse humana, quia potest esse ex directione et deliberatione rationis necessaria qualis est amor Dei in Patria, et ita S. Tho. ad 2to sentit dicens actum etiam beatitudinis esse propter finem. et l. a. 3 inquit dictum est supra quod actus dicuntur humani quia procedunt a voluntate deliberata, ex eo autem quod actio voluntatis sit necessaria non desinit esse deliberata. unde D. Tho. hic ad 2m. tantum dixit actionem humanam debere esse voluntariam, ad voluntarium autem non requiritur libertas ut l. q. 6 a. 1.

Solum obstant duo: primum quod D. Tho. hic definit actionem humanam cuius homo est dominus, alterum est quod actio humana sic explicata etiam convenit angelis et ita non debere dici magis humana quam angelica. Respondetur ad primum quod D. Tho. loquitur de homine ut viator est ante consecrationem beatitudinis, nulla autem est in via actio quae sit humana, quae non sit libera et in potestate huminis; ad secundum quod licet hic modus operandi etiam convenient angelis, tamen proprie illa dicitur actio humana, quia non distinguitur contra angelicam. id est, quia procedit ab homine et ita dicitur humana, neque est divisio generis in species, scilicet actionis in humanam et angelicam, sed est divisio subiecti in accidentia, similiter hominis in diversa accidentia et modus operandi, et ita actio hominis est quae dividitur in actionem hominis tantum et actionem hominis cum modo libertatis.

Dubium quartum. Circa difficillimam propositionem D. Tho. in solutione ad 2m. ubi dicit quod si qua actio humana sit ultima finis necesse est sit imperata a voluntate quia nequit esse elicita; probat D. Tho. quia impossibile est, inquit ipsius actum a voluntate elicium esse ultimum finem, quia non necesse est ipsum actum esse propter finem, nam vel D. Tho. Inquitur de fine ultimo obiectivo et ita nullius potentiae actus potest esse ultimus finis sed [3r.] obiectum talis actus debet esse ultimus finis obiectivus; si autem loquatur D. Tho. de fine ultimo formalis, id est, de adoptione ipsius finis negabunt quotquot beatitudinem ponunt in actu voluntatis, et ratio est quia ego possum habere pro ultimo fine etiam obiectivo aliquem actum voluntatis², nam exemplum quod adducit D. Tho. alienum est, quia potentia visiva non est potentia reflexiva, et cum non possit videre suam

² La lectura "voluntatis" está aclarada al margen

visionem non potest habere illam pro obiecto et cum visio visionis non possit esse realiter sine visione obiectis non potest ipsa visio visionis esse primum visibile, ut voluntas est potentia reflexiva quae potest velle suam volitionem et amare suum amorem, potest ergo habere suum actum pro fine.

In hac re supponendum est finem alium esse intrinsecum, alium extrinsecum seu alium esse formalem, alium obiectivum, sive alium esse finem ut appetitionem, alium ut rem, sicut pecunia est avari finis extrinsecus obiectus et finis ut res: possessio pecuniae est finis formalis intrinsecus et ut adeptio rei; loquitur ergo D. Tho. hoc loco de fine extrinseco et de fine pro re quando dicit actionem voluntatis non posse esse finem ultimum, parat exemplo quod ponit de obiecto visus, scilicet, labore; rursus non loquitur; et falso Med[ico] putavit, de fine ultimae vitae humanae, scilicet, de beatitudine, sed loquitur de fine ultimi in quacumque actione humano, nam et dictum Aris[toteles] quod obiectus universalis³ est et soluto imperfecte responderet argumento, quia dicaret quis saltem alias actiones voluntatis non esse propter finem, quia, quamvis actio voluntatis non possit esse ultimus finis totius vitae, posset esse ultimus finis aliquius actionis et iam In illo casu non ageret hemo propter finem, cum ipsum sit actio esset finis; tum etiam quia nulla⁴ operatio alterius potentiae est ultimus finis pro re neque hoc esset proprium voluntatis.

Dicendum est ergo, quod, quamvis D. Tho. posset facile respondere argumento quum Aris[toteles] tantum significaverit actiones quasdam esse finis, id est, nihil relinquens transactis actionibus, voluit tamen tradere hanc doctrinam per necessarium⁵ ad probandum infra quoniam beatitudine non est in actu voluntatis, et ita inquit universaliter nullum alium voluntatis posse esse ultimum finem pro re, ratio est quia illa actus voluntatis rursus respicit alium finem formaliter, ergo impossibile est voluntatem amare amorem suum cum amet ut ultimum obiectum et finem sui amoris amat, nam si ego vellem volitionem meam vel vellem propter finem volitionis illius, vel vellem volitionem meam propter aliquem finem vel commodi vel experimenti; et iam non esset ipsa volitio ultimus finis, quia appetitus non appetit ut appetat, sed appetit naturaliter vel propter obiectum appetitivis intrinsecum vel propter aliquem finem extrinsecum appetitum, sicut nulla res incli-

³ Lectura probable

⁴ Sigue palabra ilegible

⁵ A. margini: "necessarium"

natur ut inclinet, sed inclinatur ut consequatur terminum inclinationis naturalis: cixit autem S. Tho. conditionaliter et non absolute, si aliqua actio hominum est ultimus finis etc., quia actio in qua est beatitudo nostra et ultimus finis revera non est humana, quia visio clara Dei cuius sit actio procurata et desiderata in via per actus voluntatis, tamen cum neque sit elicita neque imperata a voluntate sive in via sive in patria non dicilur actio humana quoad esse simpliciter, quia suum esse simplex praecedit omnem deliberationem et causam voluntatis elicientis aut impetrantis visionem, tamen duratio visionis in quantum visione referitur a [3v.] beatis in gloriam Dei et finem ultimum potest dici actiu humana quia propter finem.

Ultima difficultas. Circa nonnulla quae docet D. Tho. et late disputatione ab autoribus. Primo circa illam propositionem primum in unanu quoque genere est causa caeterorum, quae non habetur apud Ans[entelem] sed eius Commentatoris 2 Meth. c. I Secundum circa illam propositionem D. Tho. ubi de motione finis: ultrum, scilicet, finis finalizat prout est it: re vel in apprehensione, sed utrumque philosophis relinquamus. Tertio, quia docet D. Tho. ad 1m. finem qui est primum in intentione esse ultimum in executione, quod dictum intelligi permissive, quia aliquando finis movens non est aliquid faciendum ab efficienti quia quamvis videat finem semper esse faciendum ab agenti moto ab eodem fine, quia finis quem intendit agens est iam factus, frustra agens ageret, tamen revera in amore amicitiae, quo res amatur propter seipsum, ipsa res secundum se est finis, et non est finis faciendus, licet videatur finis fieri in quantum finis, quia Deus et amatus a me sit per meum amorem, id quod ipsum contendo amando est ut Deus ametur, tamen adhuc non est ultimus finis mei amoris Deum amari, sed Deus qui amatus, neque enim amo Deum propter Deum amatum, sed propter Deum secundum se, quia amatum esse denominatio quedam est extrinseca posterior finalizatione finis respectu agentis; et licet nobiscum sentiat Ocham in conclusione nostra 2 Sent. q. 3 a. 2 et Gab[riel] d. 1 q. 5 tamen fundamentum eorum est falsum: quia pulant operacionem agentis nunquam posse esse ultimum finem operantis, sed semper pulant esse ultimum finem id inopus utilitatem fit operatio, constat tamen falli, quia ut late probabimus 1 q. 8 a. 3 non necesse est semper finem rei esse finem ultimum explicitem.

Ultimo cur D. Tho. ex eo quod probavit actum voluntatis esse ad finem inferat actionem humananam esse propter finem male etiam colligeret: visio est ad colorem, ergo propter colorum. Respondebat bene Cai[stanus] hoc esse proprium finis ut non tantum terminet actum voluntatis in executione et ita sit id ad quod voluntas tendit, sed quod metaphorice moveat⁶ ut in apprehensione et ita sit id propter quid et cuius gratia agens operatur; quae doctrina favet dictis dubio primo.

Conclusio quae ex hoc articulo elicetur: hominem agere propter finem, deinde est Psal 43: propter te mortificamur tuta die inclibavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas in aeternum propter retributio[n]em et ex aliis locis S. Scripturar[um].

ARTICULUS 2. Utrum agere propter finem sit proprium rationalis naturae.

Conclusionis est omnia agentia necessario agunt propter finem.

Circa conclusionem 1.^a dicendum est Deum proprium agere propter finem, immo ex eo quod ipse agit propter finem omnia naturalia agentia dicuntur agere propter [4r.] finem. Probatum: Deus non agit naturaliter neque fortuito, quando producit res ad extra, ergo propter finem: Universa propter semetipsum operatus est Dominus.

Sed notandum est quod finis est duplex, quidam est desideratus ac praeinde non habitus, et consequenter prefixus ex indigentia et imperfectione agentis; alius est: finis amatus et habitus et non prefixus ex indigentia agentis, Deus ergo agit ex amore finis et ob id non necesse est quod finis amatus, etiam ut finis, sit nobilior agenti, aut quod perficiatur agens a tali fine, quia quod perficitur ab eo perficitur quod acquiritur, finis auctior amatus, quia non mouet ut acquirendus, sed ut habitus vel saltem abstrahit ab utruque non perficitur agens, et quamvis in Deo non distinguatur finis ultimus ab ipso Deo, vere tamen Deus agit propter finem et datur respectu Dei causa finalis realis, quia realitas causar[um] non est attendenda ex distinctione agentis et patientis, sed ex distinctione agentis et effectus, quia licet idem posset esse agens et patiens, non tamen potest esse efficientis et effectus; ita quamvis ipse Deus sit finis ultimus et mutus finaliter a se ipso, proprie est causa finalis sui ipsius, quia licet non distinguatur finis ab efficienti distingueretur tamen ab effectu finis non minus quam

6 Al iniungeni de la misma letira. La siguiente declaracion: movere est exercitare desiderium sui ipsius in voluntate.

in aliis agentibus propter finem effectus etiam finis non est agentia, sed motio metaphorica agentis; quando vero D. Tho. docet 1 p. q. 19 a. 5 voluntatis divinae nullam dari causam finalis intelligitur vel quod nullus datur finis distinctus ab ipso Deo et a voluntate divina vel quod in Deo una volitio non sit ex alia efficienter ex vi causae finalis inter finem et media; aut, ut bene insinuavit Cai[etanus] 1 p. q. 44 a. 4, quod non detur aliquis finis Dei in quem Deus ordinetur et hoc est quod D. Tho. dixit Dei non dari causam finalis, sed quod ex parte obiecti in Deo unum volitum est propter aliud, quasi dicat Deus nunquam ordinatur in aliud sed quae vult alia ordinantur in alia.

Notandum tamen male dixisse Dura[ndum] in 1 d. 33 q. 1 n. 7 quod generatio Verbi in divinis non est propter finem, quia non est aliquid nobilius in quod ordinetur nam licet conclusio sit vera quia generatio Verbi est prior origine quam actus voluntatis notionalis cuius deberet esse respicere hunc finem ad dilectione vero essentiali, cum neque imperetur neque eliciatur generatio Verbi non potest talis generatio esse propter finem, potest tamen intelligi quod generatio Verbi iam existens possit esse obiectum voluntatis sicut diximus de visione beatifica et amore beatorum. tamen ratio Dura[ndi] nulla est quum finis amatus non necesse est quod sit nobilior agente vel operatione illius.

2º dicendum est agentia naturalia agere propter finem necessario quidem esse sed nihil aliud esse quam Deum determinare agens ad producendum. Probatur primo quum omne agens est indiferens ad operandum hunc effectum vel illum, quantumvis sit determinatum per propriam formam ad efficiendum, ergo haec determinatio, cum reduci non possit in causam efficientem, reduci debet in finalem^a. Probatur secundo quia determinatio est propria intelligentis, ergo agentia quae carent cognitione agere propter finem nihil aliud est quam Deum determinare a fine ad hunc numero effectum potius quam ad illum c: hic est sensus illius axiomatis Aris[totelis] opus naturae est opus intelligentiae quia implicaret contradictionem agens [4v.] aliquod agere naturaliter et non revocari ad aliquod agens per intellectum, sicut implicat aliquod agens indeterminante agere et ubi id dicit bene D. Tho. 1 p. q. 2 a. 3 et q. 103 a. 1 ad lm. quod agentia, quae cognitione carent, quasi ob alio mota tendunt in finem,

^a ms ad

^b Explicación al margen: ~~sugrta missa~~ lepls. (palabra ilegible) plantas, animalia bruta, homines

ubi non loquitur D. Tho. de motione in genere causae efficientis, cum quia haec propria motio est et non quasi motio tum quia etiam agentibus per intellectum convenit, sed loquitur de motione metaphorico finis quam proprie convenit Deo et quodammodo agentibus naturalibus, quis, scilicet, agunt virtute agentis propter finem, et hoc satis est ut dicantur naturalia agere propter finem, sicut potio amara eligatur propter finem, non quia ipsa potio vel electio moveatur a fine, sed quia ordinatur ad finem ab auctore propter finem".

Dubium 2. Ulrum appetitus sequens cognitionem semper agat propter finem.

Ratio dubii est quum si homo v.g. in actionibus etiam liberis semper ageret propter finem vel non aliter ageret quam brutum propter finem vel daretur processus in infinitum, num vel agit propter finem cognitionem ut formaliter bonum vel tantum agit propter rem bonam; si hoc secundum satis esset, hoc habet appetitus bruti, si illud primum, ergo necesse est hominem agendo propter finem agere propter rem, quia convenientia est alteri, nam beatitas formaliter est convenientia eum altero, ergo iam ipsa res non esset finis ultimus sed illud alterum esset ulterior finis, ideo etiam medium et sic non est finis, quia appetitur ut convenientia alteri, scilicet, fini.

Dicendum est ita haec re voluntatem sequitur quod agit libere agere propter finem quia convenientia obiecti determinat voluntatem; si vero agit necessarium, aliquando agit propter finem sicut in amentibus, ubris aut paeris ac somnianibus, qui, ut saepe utimur discurrem, ita semper agunt propter finem⁹; quando ille discursus representat convenientiam obiecti voluntatis, quamvis necessarium, sicut representat voluntati beatorem; aliquando vero voluntas necessario non agit propter finem, quia contingit fortis in obiectum bonum non cognita convenientia, sed quod sicut appetitus bruti a re bona et pulchra moveretur non cognitione pulchritudinis et bonitatis formaliter, ita voluntas ab obiecto entitativi tamen representatu subito tangatur.

2. dicendum est appetitus sensitivus hominis potest agere propter finem, non tamen appetitus bruti. Probatur primo quia appetitus in nobis sequitur cogitativa teste D. Tho. 1 p. q. 81 a. 3 ad 2m. sed cogitativa, quia consumata animac, discurret et circa universalia quamvis per materiales species¹⁰ et singulares, et nihil est quod ab in-

9. Al margen: repetida la palabra "poter" para solucionar la borrosa del texto.

10. Al margen: en lugar de "semper", "saeppe".

11. Gafita alterada al margen.

tellectu percipiatur quod non percipiat simulaneo motu a cogitativa, ergo cogitativa percipit rationem convenientiae quam habet bonam, ergo appetitus sequens talem cognitionem cogitativae agit propter finem: saepe etiam appetitus hominis movetur a voluntate ut sequatur quod voluntas sequitur: sed voluntas sequitur cognitionem convenientiae et non potest movere appetitum nisi mediante cognitio, quia appetitus non fertur in incognitum. ergo mediante cognitione convenientiae et quasi persuasus appetitus [fr.] ab illa cognitione sequitur voluntatem; unde appetitus, cum participet libertatem voluntatis, quia abequin in appetitu non possent esse virtutes neque actus voluntatis, necesse est quod agat propter finem, quia agens liberum supponit finem: quae doceo dixit D. Tho. 1-2 q. 30 ad 3 in appetitu sensitivo esse concupiscentiam rationalem, quia sequitur rationem, ergo deliberationem, ergo finem. Secundo quod scilicet in brutis appetitus non agit propter finem eodem argumendo probatur quo a 1 iub. 1 probatum est non agere propter bonum formaliter. nam si proportionem vel mediū cum fine vel finis cum agente perciperet brutum, ergo posset percipire maiorem vel minorē proportionem, ergo posset intelligere; appetitus ergo bruti in nullo alio genere movetur a bono nisi specificative, ita ut sicut appetitus naturalis tendit ibi bonum et specificatur ab illo per formam naturalem insitam rei appetenti, ita brutum per imaginem sensus bruti repraesentantem obiectum tendit et specificatur a bono cum engenio convenientiam.

Ad rationem dubii scilicet quod convenientia mediū utilis est, convenientia autem quae debet esse in omni obiectu voluntatis non est convenientia utilis. Ita ut appetatur quia utile, v.g. appetitus sanitatem convenientem Petro propter Iosephum, et rursus illerum: appello sanitatem ut convenientem Petro propter Petrum, ecce utrobique appetitur sanitas ut convenientis Petri, et tamet non utrobique Petrus est finis, ergo ratio mediū non est ut appetatur tanquam convenientis alterius, quia hoc utrum habet finis, sed ut appetatur propter alterum.

ARTICULUS 3. Utrum actus hominis recipient spiem a fine.

Conclusio est actus morales sorbunt speciem a fine. Circa hanc conclusionem se offert difficultas, quia finis est aliquid extrinsecum, specificatio vero actus moralis est essentialis et intrinseca, ergo non sumitur a fine extrinsecu. Item quia D. Tho. secum pugnat, ut bene arguit Cai[ctanus], cum dicat actum moralis specificari a principio et postea dicat specificari a fine qui non est principium agendi

scilicet obiectum rationis, item quia actus indifferentes sunt actus morales et tamen non specificantur a fine quum carant finem.

In hac ce dicendum est. 1^a actum humanum specificari a fine non esse, ut bene Med[ita]. quod species actus sumatur a fine sed ab ordine ad finem. quem ordinem ait, non esse proprię relationem, in quo non adversatur Aristoteli 5 Meth. c. 15 dicens relationem propriam non fundari in actione et passione, sed potuit velle unum ex duobus vel quind relatio, quae consequitur actum humanum, non pertineat, in quantum est propria relatio. ad naturam actus. quod verissimum est, quidquid alii dicant, quis generaliter Inquendo, semper respectus presupponit naturam essentialiter constitutam, nam vel est respectus qui sequitur naturam genericam vel experientiam actus; si genericam supponit illum, ergo non est genus neque est differentia quum differentia ita est extra ¹² essentiam generis ut non sequatur ex illa tanquam ex fundamento necessario. nam si aliquod animal est, non necessario rationale est. et si aliquid ¹³ habet fundamentum relationis, necessario habet relationem, si vero relatio sequatur differentiam, ergo supponit illam, ergo non est illa, ergo inepta est *inconclusio asserentium posse aliquomodo respectum pertinere ad essentiam absoluti*; nec refert quod actus humanus non possit intelligi sine ordine ad finem; inde sequitur quod omnipotentia [Sc.] Dei essentialiter esset relativa, quia a nobis non potest non intelligi sine rebus possibilibus. ergo sicut ex imperfectione intelligentis manet quod non possit intelligi a nobis omnipotentia Dei sine respectu, cum neque respectu realis neque rationis sit de illius natura, inde etiam manet quod possimus intelligere actum humanum sine tali respectu, cum relatio ipsa realis non potest intelligi sine termino et tamen terminus non est essentialis relationi, sed extrinsecus, presertim quando illi componunt aliquid essentialiter ex absoluto et respectivo, ergo illud absolutum partiale potest intelligi sine illo concomitante respectivo; nec certe et tamen illud concomitans respectivum non est de essentia partialis absoluti; tantum ergo significatur a D. Th. cum dicit actum essentialiter respicere finem, id est, a nobis sic intelligi in ordine ad finem.

Est tamen maxime notandum quod actum humanum sumere speciem a fine nihil aliud est quam intelligi a nobis in ordine ad finem.

¹² Grafia aclarada al margen.

¹³ Grafia aclarada al margen.

Probatur aperte quia specificari actum est constitui speciem metaphysicam per intellectum nostrum ex conceptibus obiectivis, atque ita existimo, (qui potuit esse rectus¹⁴ sensus Med[inae]) quod ad finem qui specificat actum humanum est ordo rationis, quia specificatio ipsa est opus rationis et inde etiam puto verum quod saepe docuit D. Tho. nullum respectum realem terminari ad obiectum non existens, nam si tu dicis in actu humano manere respectum realem pereunte obiecto, quia manet per se et fit per se talis ordo a suo obiecto, ego dicam quod relatio distinctionis cuiuslibet naturae manet pereunte altero extremo distinctionis, quia dicam naturale esse cuiuslibet rei distinguiri a qualibet alia vel assimiliari¹⁵ cuiuslibet alteri non minus quam actus humanus respicere oblectum.

2.º dicendum est actum humanum, ut actionem et passionem, specificari a fine, ita ut in quantum actio specificetur a fine prout in intentione, ut passio vera a fine prout in executione; quia hoc est proprium finis; ut posuit esse principium simul et terminus diversa ratione, sed non est intelligendum actum humanum specificari a cognitione finis secundum suam entitatem et naturam, nam idem actus charitatis secundum speciem specificatur eodem modo a cognitione viae et cognitione patris, quae differantur in essentia, specificatur ergo actus humanus a re cognita, non a cognitione, quamvis etiam concedamus actum voluntatis causari effienter a verbo mentis, atque ita ex consequenti ab illo specificari tanquam a suo principio: hoc tamen est quinad esse naturae, nam quoad esse moris et actus humani non sumuntur specificatio a cognitione sed a re representata ut bona vel ut mala, quia seclusa omni efficientia cognitionis contingit actum humanum variari in esse moris, nam eadem voluntas continuandi esum carnum, quae bona erat, potest fieri mala nullo intercedente novo actu aut efficientia, finis autem in executione, inquit D. Tho. specificat actum humanum in quantum est passio, etiamvis quia sub hac ratione sit quid posterius. [¶] nam per bonum potest specificari aliquid a posteriori, ut motus calefactionis a calore producto, quia licet in genere causae efficientis sit posterior, tamen in genere causae formalis et specificantis est prius; notanter autem dixit D. Tho. motum quodammodo distinguiri per actionem et passionem, quia revera non est quid superius ad utramque, uno vero motus nihil aliud est quam expulsio termini a quo et introductio termini ad quem, et in hoc dis-

14 Lectura probabilis

15 Grafia aclarada al margen.

tinguitur a passione, quae tantum dicit receptionem termini ad quem cum ordine ad terminum a quo, et ratio est aperta, quia sicut moveri dicunt aliter et aliter se habere subiectum ita dicit aliud et allud, id est, terminum a quo et terminum ad quem.

Ad argumenta respondetur; ad primum quod, quavis finis sit ali quid extrinsecum, bene tamen potest specificari, quis hoc nihil aliud est quam quod explicitius¹⁶. Ad secundum quod cum finis habeat et esse principium et esse terminum, modu dicit S. Tho. actum humanum specificari a principio modo dicit specificari a termino, semper autem dicit specificari a fine sineulla contradictione, quia finis habet utramque rationem qua possit specificare actum humanum in quantum est actio et passio. Ad tertium respondetur quod etiam actus indifferens habet aliquid certum a quo specificetur, nempe, ipsam indifferentiam quae tam intrinseca est fini ita differenti quoniam bonitas vel malitia finis boni vel mali.

Secunda difficultas est circa solutionem tertii in quo dicit D. Tho. quod ideo actus numeru secundum quod egreditur semel ab agente non ordinatur nisi ea unum finem a quo habet speciem: nam vel loquitur de fine proximu vel remoto, si de proximo quomodo D. Tho. 1 q. 16 a. 6 inquit quod species formalis actus humani sumitur a fine, non autem ab obiecto exterioris actus, quasi dicas sumitur a fine operantis, non a fine et obiecto ipsis operis; si autem loquitur de fine remoto quomodo 1 q. 27 a. 2 dicit actum humanum non specificari ex causa motiva, sed ex fine, quis ex eadem causa inquit possunt ori plures species peccatorum, quasi dicas non a fine ultimo, sed a proximo sumendam esse speciem, praesertim cum aperte D. Tho. in solutione ad tertium videtur loqui de fine proximo. Secundo D. Tho. loquitur de actu humani ergo de actu libero ergo de actu morali, quomodo ergo distinguit de actu in esse naturae et in esse moris, at tandem, quia ex fine sumuntur species, ergo actus orjiosus non habet speciem quia non habet finem.

In hac re dicendum est speciem actus humani sumi ex fine proximo per se, hic autem est obiectum proximum per se actus, unde tam impossibile est eundem actum habere duas fines¹⁷ proximos, quam impossibile est unum actum specie esse plures species. Illud autem dicitur obiectum proximum per se quod ubicumque talis actus semper

16 Grafia anteriora al margen
e ms. illitus.

respicitur a talis actu ut volitus furti habet pro objecto proxima tem alienam; et quamvis idem actus possit habere plures species quia potest habere plures fines proximus, tamen non est idem actus fortuitus sed omnes species quae supervenient speciei constitutae a fine proximo dicuntur species accidentales, non quia malitia vel boritas quae [6v.] supervenit non constitutat speciem aliquam essentialem in esse moris sed quia illa secunda species, quae in se ipsa est essentialis, in esse moris accidit priori speciei constitutae ut si quis occidat sacerdotem estactus ille essentialiter homicidii et accidentaliter sacrilegii, non quia sacrilegium non sit quedam essentialis species peccati, sed quia accidit actui homicidii cuius est circumstantia cum qua et sine qua esse potest homicidium; ideo species illa sacrilegii dicitur esse accidentalis.

2.º dicendum est quando duae species actus humani coniunguntur, semper altera dicitur substantialis quae supponitur ab altera sine qua esse potest ut in adulterio est duplex peccatum, alterum intemperantiae, alterum iniustitiae, species peccati intemperantiae dicitur substantialis, altera vero dicitur species accidentalis, quia malitia intemperantiae potest esse sine tali iniustitia. hic enim 1º specifica iniustitia adulterii constare non potest sine peccato intemperantiae, non tamen intemperantia accidit adulterio.

3.º dicendum est quando duae species actus moralis coniunguntur in eisdem entitate actus, alter dicitur constituere speciem substantialis, alter vero speciem accidentalem; secus quando coniunguntur in diversis actibus, nam hunc temporis utraque species est accidentalis alteri et nulla potest dici substantialis respectu alterius, nam speciei morali quae est in actu electionis et extrinseca¹⁷, quia utraque sine altera esse poterat ut qui vult furari ex intentione homicidii; probatur, nam sicut electio furti extrinsece vitialitur ex intentione homicidii, quia est propter homicidium, ita etiam intentio homicidi: extrinsece viciatur ab electione furti, quia est per furtum exequendum tamquam per medium; si enim habitudo ad finem, tamquam ad causam, depravat electionem aliam ex suo objecto malam vel bonam, ergo habitudo causae ad modum illicitum depravabilis rursum intentionem malam, non tamen quando mala est ex suo objecto sed etiamsi esset bona. ergo

17. Graña señala al margen

18. Lectura dudosa.

certum est quando hac ratione coniunguntur duae species, utique¹⁹ accidere utramque et utram ab altera extrinsecce viciari.

Quando ergo D. Tho. negavit eundem actum posse habere duplum finem proximum a quo sumat speciem non negavit eundem actum entitative posse esse in duplice specie morali a duplice fine proximo, id enim aperio concessit ad hunc et patet²⁰ in actu vulendi occidere sacerdotem tantum. ergo negavit eundem actum posse esse in duplice specie essentiali.

Sed dices cur in naturalibus eadem res potest esse acque primo in duplice specie formaliter distincta et in moralibus non potuit idem actus realis esse in duplice specie morali acque primo Respondetur quod in moralibus non tantum constituit speciem obiectum actus, sed quidquid necessario coniungitur cum obiecto actus: nam non credere Deo dicenti includit etiam malitiam contemptus Dei, quia non potest realiter separari malitia a contemplatione Dei virtualiter, at in naturalibus inseparabilitas rerum reals non facit pertinere illas res ad eamdem speciem, cum si una species materialis potest separari realiter ab altera iam illa altera. [?] accidentalis erit altera, a qua potuit separari et cui potuit supervenire.

Nunc ergo respondetur ad primum quod D. Tho. en loco non significat actum aliquem voluntatis sumere speciem essentiali a fine ad quem ordinatur ab operante, nam, ut bene Cai[elanus] ibi, etiam actui voluntatis accedit ordinari ad alium finem, quam in proprium obiectum, vult ergo statuere differentiam inter actum interiorum ei exteriorem, quod cum actus exterior in executione per accidens sit bonus aut malus, id est, per aliud, scilicet, non per proprium principium efflelens, sed per extrinsecam voluntatem, omnis autem actus voluntatis et electionis mediij etiam necessarii et unici habet esse moris a proprio principio a quo elicitur a voluntate quae semper libere eligit medium quarelibet potest non eligere ei revocare intentionem, sit ut actui exteriori illa dicatur species magis per se et formalis in esse moris quae sumitur a voluntate prout dante esse; moris actui exteriorei, voluntas autem ratione intentionis ultimi finis imperat octum exteriorem, et ita actus exterior tanquam primam originem sui esse materialis respectu voluntatem interiorum circa ultimum finem; nam revera actus futili, qui sit propter homicidium, quamvis in esse naturae ma-

¹⁹ Grafixa delarada al margen.

²⁰ Lectura dudosa

gis respicit proprium obiectum sive rem alienam, tamen in genere moris magis respicit finem operantis, scilicet, homicidium, quia ex intentione homicidii hic actus factus est moralis et ob id acute Aris [toteles] dixit 5 Ethic. c. 2 quod qui furatur propter adulterium magis est adulter quam fur, non quod volitio ipsa furti specificetur essentialiter ab adulterio et non a re aliena, sed quod cum voluntas habeat istos duos actus, et volitionem furtandi et volitionem homicidii, persona ipsa operans magis denominatur a vicio actus intentionis quam electionis; non quod electio ipsa sit magis per se adulterium quam furtum, sed quia eligens est magis adulter quam fur; quia quoniam actus exteriorius in esse moris sit magis adulterium, quoniam in esse naturae sit magis furtum, tamen electio furti negat in esse naturae neque in esse moris est magis volitio adulterii quam volitio furti; quem differentiam inventire licet apud S. Tho. in 2 d. 40 q. 1 a. 1 verum quidem est quod actus exteriorius furti propter homicidium perspicite praedicabilis magis est species furti etiam in esse moris. Tamen perspicite praedicamenti magis est actus homicidii etiam in esse moris, quia ille actus exteriorius, si debet esse in genere moris, semper debet esse in specie morali furti, non tamen homicidii, sed illudmet genus moris quid habet magis per se pendet ex fine operantis quam a proprio obiecto, quia pendet: secundum genus moris a voluntate, magis autem est voluntarius finis operantis, quam medium quod est obiectum talis speciei. Ad secundum respondetur quod D. Tho. ibi q. illa 72 non inquitur de fine aut causa finali, sed de efficiente aut materiali et dispositiva, ut qui ex inctu facit peccatum aliquod, metus dicitur causa motiva vel dispositiva, a qua certe non specificatur actus peccati, quia potest esse varius ex eadem reusa. Ad rationem respondetur quod D. Tho. Inquitur in hoc articulo de actu humano in esse moris ut patet ex corpore articuli sed appellat actu naturalem aut finem naturalem, quia convenit actu etiam in esse moris ratione suae entitatis naturalis. Nam actus furti propter homicidium habet duplicom speciem moralem, sed alteram quasi naturalem, is est, fundatam in sua natura et obiecto quod habet in quantum est actus naturalis. [7v.] Ad ultimum respondetur actu omnis etiam specificari a fine certo et determinato in genere moris, scilicet, a proximo obiecto quod in ratione boni vel mali est indifferens; dicitur ergo otiosus quia caret fine extrinseco et extrinsecus specifici-

certe, quem habere debet unusquis actus qui habet specificationem intrinsecam a fine proximo, indifferenti tamen in esse boni vel mali.

Dices absentia finis tribuit speciem essentiali actui otioso quia actus otiosus essentialiter specificatur a carentia finis, ergo similiter praesentia finis tribueret speciem essentiali moralis. Respondetur speciem virtutis vel vitii per se sumi in actu otioso a fine, tamen species in esse moris determinari per indifferentiam obiecti ab eo sumitur, sed quia actus otiosus sub hoc nomine significat vitium per se dicitur specificari a carentia finis operantis.

Articulus 4. Cirum sit finis aliquis ultimus value humanae

Conclusio est tam viac executionis quam intentionis non datur processus in infinitum in causis finalibus.

Circa hunc articulorum 1.¹ se offert difficultas utrum tantum ultimus finis vere sit finis. Quidam senserunt media non habere causalitatem finalis, sed totam ullam esse in fine ultimum respectu mediorum, quod sumere poterant ex Gregor[io] Arani[nensi] in 1 d. 1 q. 1 a. 2 Gab[riel] in 2 n. 5 a. 1 et insinuatur a Med[erato] 1 q. 8 in præfatione quaestioneeris. Dicunt duo, alterum est respectu voluntatis simpliciter non dari causam finalis, id est respectu voluntatis appetentis aliquid et hoc per media; alterum est, causalitatem finalis salvare²¹ non posse sine mediis; quia putant quod finis sit ratio propter quam appetuntur media: probant ex Aris[toteles] 2 Meth. c. 1 ubi ad probandum non dari processum in infinitum in causis finalibus, itaquit, finis est cuius gratia caetera sunt, at si media finalizarent, etiam et essent cuius gratia caetera fierent, ergo ex hoc non colligeretur quod esset aliquid ultimum in finibus.

2.¹ quia semper Aris[toteles] definit causam finalis id cuius gratia caetera sunt 2 Phi. c. 3 et 8 et 5 Meth. c. 2 et 1 Ethic. ad Eudoxium ad finem libri, sed ultimus tantum finis est id cuius gratia caetera sunt, ergo quia, sicut quando do eleemosynam²² Petro propter Iosanero non dicur gratia Petri, sed tantum Iocans dari eleemosynam. ita quando volo medium propter finem non possum dicti velle gratia medi, sed tantum finis, quod videtur significasse Ansel[mus] c. 13 De agsu diaboli, unde merito Aris[toteles] 2 Meth. c. 2 ad cuius gratia etc., nam

²¹ Gratia gloriosa al margen.

²² tns. clemes/nam

definiens finem : inquit esse id cuius gratia caelera sunt, ubi non potuit definire utam finem ultimum, quia istum probare contendebat sed finem universaliter definitum qui revera non est alius quam ultimus.

Haec sententia et male tribuitur Ocham in 2 q. 3 et petius D. Tho. 1 p. q. 19 a. 5 et q. 2 ad 2 et 1. Contra gentes c. 86 et 87.

Nihilominus dico 1. respectu actus simplicis dari proprie causam finalem ita ut non tantum sit causa specificans, ut illi valuerunt, quale est etiam objectum respectu sui actus in quinque potentia. Probatur primo quia omne agens determinatur ad agendum ex motione finis, ut probavimus a dubio primo et docet articulo 1 D. Tho. [8r.] 3 Contra gentes c. 2 quia causalitas finis est prima causalitas, ergo voluntas etiam in actu simplici determinatur a motione finis, ergo obiectum illud est proprie causa finalis, quis etiam neget in actu charitatis hominem non agere propter finem. Secundo quia si finis est causa finalis, quia propter ipsum appetuntur media, ergo a tertiori quia habet a se et in se appetibilitatem respectu voluntatis; in hoc enim decepti sunt, quod finis non tribuit appetibilitatem mediis qua finis sed qua forma extrinseca specificans media quatenus bona et convenientia sunt, ergo quoniam non habeat finis hanc causalitatem formae specificantis extrinsecu quando non sunt media, tamen causalitas finalitatis remanebit. Probatur assumptum, quia non aliter medium sumit appetibilitatem a fine, quam vel quantitas visibilitatem a colore vel paries dexteritatem ab humine dextro, sed seclusa causalitate finis potest aliquid fieri visibile et dextrum, ergo et appetibile, ergo causalitas finis non consistit in causalitate qua communicat appetibilitatem mediis, sed tribuit haec appetibilitas mediis in genere causae formalis ut deinde possint finalizare proxime voluntatem ipsam, sicut etiam finis ipse non est finis quia appetibilis sed quando appetitur, ita media tantum facit esse appetibilia, quae appetibilitas prior natura est quam finalitatem, unde ante omnem actum voluntatis media facta sunt appetibilia a fine, ut ante omnem actum voluntatis non potest esse multo metaphorica a fine tantum, ergo finis est causa finalis respectu agentis quod metaphorice movet ad agendum, non quia vel sit obiectum actus vel sit forma, o qua media dicantur appetibilia, quia et talum hoc reperitur in aliis potentias a voluntate in quibus non potest ratio finis, et tamen hoc tantum perficit ad genus causae formalis, ut aperte docet D. Tho. 1 q. 2 a. 6.

2.^a dicendum est non tantum finem ultimum sed etiam finem proximum, id est, medium proprie finalizare. Probatur ex Aris[totele] 2 De anima c. 4 et 3 Metr. c. 2 ubi dicit non tantum sanitatem, sed etiam intermedia esse finem; et 2 Phi. c. 3 licet secundum traslationem Argyropo[li] tantum videtur dicere Aris[toteles] quod caetera propter finem media sunt, tamen secundum omnes alias translationes aperie dicitur, quod etiam sunt fines et ibi docet D. Tho.; item 1 Eth. c. 7 plures fines inter medios ponit Aris[toteles], nam ut habet translatio Diomii Lambi: sic dicitur, quam igitur plures esse fines videntes, atque ex his ab quos propter alios²² expellimus, ut tibias et instrumenta omnia, perspicuum est non omnes fines esse perfectos, at instrumenta essentialiter ordinantur ad alterum et tamen dicuntur fines ab Aris[totele] et ibideam etiam D. Tho. qui 2 Phi. c. 3 ait hoc dixit Aris[toteles] ne aliquis crederet quid solum id quod est ultimum est causa sicut id cuius gratia, propter hunc quod nomen finis ultimum quid sonat; et igitur: omnis finis ultimus non simpliciter sed respectu alterius. Haec D. Tho.; sic etiam Egidius in 2 d. 38 q. 2 a. 2: Ocham loco citato et ratione est aperta quia finalizare dicuntur respectu agentis quod movetur metaphorice a fine sed aliquam actionem, sed sicut voluntas movetur a fine ultimo ad actum intentionis ita movetur ad actum electionis huiusmodi prius quam alterius ab obiecto ipso proximo electionis. ergo vel neptra motio pertinet ad causalitatem finali vel ultracce. Secundo quia in causis efficientibus, quamvis secunda pendeat a prima tamen vere est efficiens, ergo [8v.] quamvis secundus finis pendeat ab ultimo, vere est finis, praesertim quod bonum et finis Idem sunt, teste Aris[totele] 2 Phi. c. 3 et 1 Ethic. c. 7 et D. Tho. 1 q. 8 a. 1. ubi etiam docet quod media habent bonitatem, ergo habent finalizationem; sed urgens ratio sumitur ex Aris[totele] Phil. 23 c. 89²³ ubi primum in speculabilibus comparat cum fine in agibilibus, sed in speculabilibus quae semel est conclusio potest esse principium alterius conclusionis, ergo in agilibus quod semel est medium respectu finis potest esse finis alterius modi vel voluntatis diligentis; sed respondet esse rationem disparem; quia pruna conclusio, cum habeat etiam propriam veritatem potest esse causa partialis simul cum primo principio alterius conclusionis, scilicet, secundae. ta-

22 Gratia adnotata al. margin.

23 Lectura dubiosa.

24 Al. margin. "noscit hoc".

men medium cum latau appetibilitatem habeat a fine, non est causa neque partialis etiam sequentis medii nisi tantum ratione ultimi finis; sed falsum est, quia medium etiam est id quod appetitur, quamvis obiectum formale talis appetitionis sit finis ultimus, exemplum etiam est genes omnium autorum in 2 d. 38 quod sicut quantitas videtur ratione coloris, ita medium appetitur ratione finis, sed quamvis color sit ratio videndi quantitatem, quia nequaquam videretur sine colore, nihilominus etiam quantitas videtur aequa, quia licet visibilitas coloris sit ratio formalis suae visibilitatis, tamen alia est visibilitas quantitatis a visibilitate coloris, ergo quamvis ratio formalis appetibilitatis medii sit finis, tamen medium etiam ipsum est quod appetitur habetque propriam bonitatem. et constat quod non tota ratio sua appetendi secundum medium est ultimus finis; quia si iste ultimo fine perseveraret et primum medium esset diversionem, secundum etiam medium mutaretur, ergo secundum etiam medium habet appetibilitatem a primo medio tamquam a causa partiali et quando D. Tho. inquit aliqua media tantum appeti propter finem, aliqua vero et propter se ipsa non significat quod quando appetuntur tantum propter finem non habent propriam bonitatem et finalizationem proximam; sed quod aliqua media sunt quae tantum appetuntur propter bonitatem relativam ad finem, quis tantum appetuntur ut media, alia vero esse media quae habent bonitatem absolutam, quia non tantum appetuntur ut media ad ulteriorem finem.

Ió autem quod D. Tho. dicit 1 p. q. 60 a 2 quod in angelis tantum est cognitionalis non rationalis²⁵ tamen in volente non tantum invenitur dilectionalis sed electiva non significat quod quia media non habent propriam appetibilitatem non appetuntur nisi propter finem ita ut ipsa nullo modo sint²⁶ finis; sed significat quod discursus in intellectu arguit imperfectionem discurrentis non intelligentis omnia unico intuitu. at electio non dicit imperfectionem in eligente, sed in medio quod eligitur, quod quia ut sic imperfectum ordinatur in aliud; unde, quia electio dicit voluntatem utram propter aliud ex parte obiecti, ita ut illud propter teneat se ex parte obiecti et in intellectu discursum dicat unum esse propter aliud ex parte actus intelligentis, nam ex parte obiecti et Deus cognoscit unum propter aliud, quamvis non discurrat, fit ut electio sit in angelis non discursus.

25. Grafito aclarado al margen.

26. Grafito aclarado al margen

Ad argumenta respondet Aris[toteles] rationem evidentem esse qua etiam usus est nihil dicens de finalizatione modi respectu electio[n]is, seu quia impossibile est in per se subordinatis non dari ultimum finem via intentionis et primum medium via executionis, quia neque voluntas persuaderi potest nisi ab intellectu practice [9r.] praestituente certum fucum, neque manus potest incire executionem nisi a primo medio; eadem etiam ratione usus est Aris[toteles] ad probandum non dari processum in infinitum in causis quae sursum et in causis quae deorsum, id est in efficientibus et materialibus, quae cum ignobiliorus sint deorsum esse dicuntur ab Aris[totele] respectu cause efficientis quae sursum est nobilior; ut ex eo quod Aris[toteles] persuerit medium causam efficientem subordinatam primae voluit ad vim suam rationis et subordinationis eripere efficientiam causae mediae, ergo neque ad vim eiusdem rationis in finibus voluit eripere propriam finalizationem medis.

Ad reliqua tam testimonia quam rationes responderetur quod cum finis ultimus sit nobilior denominatio²⁷ eius cuius gratia illi tribuitur maxime, sed etiam aliquando tribuitur fini proximo, id est, medio; quod non tantum patet ex Simbolo sed etiam ex communione nudo loquendi sanctorum, ubi saep[er] dicitur salus nostra id cuius gratia Christus advenit, cum tamen salus nostra non sit finis ultimus incarnationis; notandum tamen est quod quamvis in ratione boni, id est, convenientis agentis analogie dicatur bonum de medio et fine ultimo, tamen ratio ipsa finalizans, id est, causalitas vel causatio finis univoco competit finalizationi ultimi finis et intermedii, sic enim se habent bonitas, appetibilitas et finalizatio, quod bonitas est obiectum quid appetitus, appetibilitas est denominatio exterior ab appetitu, finalizare vero cum est idem formaliter quod bonum, sed fundatur in illo; quare realiter intelligitur dictum Aris[toteles] ubi supra bonum et finis idem sunt; aliquid etiam sumitur finis tantum pro ultimo et ita bonum est quid superiorius ad finem, ut docuit Aris[toteles] I Mag[norum] moralium c. 2.

Quod si rages in quo consistat ratio formalis finalizationis si illa non est appetere finem propter media quae sint gratia illius, nam dicere quod finalizans est sequi cognitionem rei convenientis ut convenientis satis non est, quia hoc tantum est actum voluntatis habere pro objecto convenientiam rei, sicut actus appetitus bruti habet pro

²⁷ Graeca uocem in margen.

objeto rem ipsam convenientem, atque ita hoc tantum est dicere esse diversa obiecta respectu agentis propter finem: et non agentis propter finem, scilicet, entitatem rei aut convenientiam; non tamen est dicere quod alia sit causalitas unius obiecti respectu agentis propter finem, quam sit causalitas alterius obiecti respectu agentis propter finem, quia utraque est formalis specificativa intrinseca. Respondeatur agens finalizari a fine formaliter non posse esse specificari ab obiecto sui actus, quia, ut supra diximus, specificatio est actus rationis, at vero moveri a fine ad agendum non est a parte rei quia intellectus intelligat talen motionem, sed a parte rei mouetur voluntas a fine tamquam a ratione persuadente secundum prosecutionem, atque ita cum iam ex vi efficientis causae quam ex vi huiusmodi motionis agens operatur virtute obiecti propositi.

Notandum est tamen circa hunc articulum quod licet D. Tho. agat de fine ultimo totius vitae humanae ut patet ex articulo sequenti ut aperte loquitur de fine totius vitae, de eodem autem ultimo fine querit utrum sit, quod querit in hoc articulo et utrum possit esse multiplex, quod queritur in sequenti; tamen ratio [9v.] D. Tho. universalis est et probans etiam de ultimo fine cuiuslibet actionis; utrum autem intelligatur a D. Tho. hic articulus positive ultimus aut negative a fieri dicitur. Notandum est secundum veram esse propositionem S. Tho. in essentialiter subordinatis non dari processum in infinitum, tamen in causis per se bene potest dari; primum patet quia etiam in numeris quatenus sunt essentialiter subordinatis datur unus numerus primus nam ut bene Med[ina] non subordinantur numeri versus maximum, sed versus unitatem, quam ternario accidit quaternarius seu binarius; secundum probatur quia, ut bene Capre[u]lus in 2 d. 2 in fine, Contra [dus] et Med[ina], non est idem causam esse per se et esse essentialiter subordinatum, nam ut sit causa per se satis est quod necessario requiratur ad effectum sed, si sit essentialiter subordinata, necesse est requiratur necessario ad ipsam actionem, quando actu fit effectus, unde Petrus probat per se causas sui esse omnes maiores suis in infinitum, quia nisi omnes illi parentes praecessissent non fuisset getulus Petrus, sed alius numero homu. nam si idem ignis sola differentia temporis diversos numero calores producit, ergo parentes diversum hominem gignerent, si ex parte diversi essent, non tamen sunt causae essentialiter subordinatae, quia Petrus, non pendet actu in sua generatiune ab omnibus suis parentibus, sed a proximis.

2^a notandum est illam propositionem omne bonum est sui diffusivum, quae est Dionisii 4 c. De divinis nominibus explicari merito a D. Tho. 1 p. q. 5 a. 4 et aliis locis in genere causae finalis non autem in genere causae efficientis, nisi virtualiter et consequenter; quia bonum ut bonum non mouet nisi finalzando, ergo non mouet ad sui diffusionem nisi per modum finis, quod autem efficit non efficit substitutione botti sed substitutione entis ei actus; ex eo tamen ²⁸ quod bonum mouet finaliter ad sui diffusionem sequitur communicatio in genere causae efficientis a re bona.

ARTICULUS 5. Utrum unus hominis possint esse plures ultimi fines

Conclusio est negativa. Difficilior 1^a sece nobis offert circa conclusionem; ratio dubitandi est, quia, si a parte rei non repugnaret esse plures causas efficientes primas non repugnaret eundem effectum ab illis pendere, ergo cum non repugnet plures ultimos fines apparentes proporu voluntatis, non repugnabit operari propter illos, nam creature de facto pendent a tribus Personis divinis, licet ex se tantum requirent ab una Persona pendere; tamen, supposito quod plures ultimi fines apparentes offerantur, poterit anima ²⁹ habere illos ut ultimos. 2^a quia a duabus causis efficientibus totalibus et sufficientibus potest pendere idem effectus, ergo et a duabus tantum sufficientibus non subordinatis; probatur in homine faciente duo peccata disparata et in homine peccante venialiter qui habet unum ultimum finem charitatis, alterum venialis. [¶] notandum tamen est D. Tho. non agere tantum de ultimo fine vero, sed etiam apparenti, et patet ex arguento sed contra, secundo certum est non repugnare esse duos ultimos fines et totales, ita tamen ut unus sequatur ex altero, id est, post alterum, quia potest voluntas appetere quod ante non appetebat.

3^a Ultimus finis est duplex, alter est ultimus positive, id est, in quem omnia reficiuntur, alter negative, id est, qui non referuntur in aliquid ulterius, licet in ipsum non referantur omnia; ex quo infero quod respectu unius actionis non potest dari finis proprio ultimus positive quia finis ultimus positive est in quem omnia, ergo si finis aliquius actionis est proprio ultimus finis positive debent omnia in illum referri, omnis, scilicet, actio et pro omni tempore, ergo iam finis ultimus unius actionis fieret ultimus totius vitae, nec potest esse aliquis

²⁸ Corregido al margen en lugar de "autem".

²⁹ Grafía aclarada al margen y lectura dudosa.

finis totius vitae ultimus negative, nam si aliquid est in vita quod non ordinatur ad illum finem, iam non erit finis totius Vitae; dixi autem, quod proprio non potest esse ultimus finis positive unius actionis, quia improprie dicti potest ultimus positive, in quantum omnia media, quae pro re nata eliguntur, ordinantur ad illum finem; quando autem diximus quod successivē possint esse plures ultimi fines positive intelligitur de homine qui, dum habet unum ultimum finem, non habeat intentionem variandi illum, nam s. talem intentionem habeat non habet intentionem referendi omnes actiones vitae et consequenter nec se ipsum in talem finem ad quod est ultimus finis positive et requiritur quod omnis actio in illum ordinetur et omne creatum illi postponatur et quod in aeternum non varietur quantum ex prima illa intentione et cognitione, alioquin non esset finis totius vitae sed talis temporis.

His suppositis dicendum est 1.^o impossibile est esse duos fines ultimos sufficientes et requisitos vel aliquibus actionis voluntatis vel totius Vitiae. Probatur quia et in causis efficientibus repugnat, nam si altera est requisita, ergo altera non est sufficiens et ex consequenti altera non est totalis causa sed partialis, nam si creature referuntur in tres divinas Personas non referuntur tamquam in diversos et plures ultimus fines, nam eadem numero bonitas in tribus Personis amatitur sicut una etiam est prima causa efficiens, quia in tribus Personis una est efficiendi ratio.

2.^o dicendum est impossibile est esse voluntatem habere simul duos fines totales ultimos intales positive, quos copulare diligit; ratio autem non est quia semper voluntas in quantumcumque diversa, unam tamen rationem bonitatis per se diligit, quae est obiectum illius formalis, quia inde sequeretur huminem peccatorem et iuslum habere eundem ultimum finem positive, quis eterque sub eadem ratione formalis obiectiva tendit in bonum quod diligit, scilicet, sub ratione boni, veri vel apparentis, neque illa ratio est quod impossibile est esse duos ultimos fines totales et percinere ad eundem amorem voluntatis siue impossibile est duo obiecta videri una visione et utrumque esse obiectum adaequatum et totale sensum. Haec [10v.] ratio nulla est tum quia impertinens est ad difficultatem de qua tractamus utrum voluntas eodem actu vel diverso fertur in plures fines; si etiam ex eo quod finis esset portiale obiectum actus desineret esse ultimus finis totalis, sequeretur quod quando eodem actu fertur voluntas in media propter finem ut q. 8 a. 3 dicemus, quod finis desineret esse ultimus finis, tum

quia qui poseret posse esse duos fines ultimus voluntatis non subordinatos facile etiam³⁰ diceret esse duos avus voluntatis, quamvis simul circa duos ultimos fines, praesertim quod eadem ratione debuisse negari. Tbo. quod concessit, posse esse plures ultimos fines partiales, quia etiam respondere posset per eundem actum non posse appeti duas res diversas specie, quod si per diversos appetetur iam desinarent esse partiales et fierent totales si vera esset ratio quam refutamus, ratio ergo est, quia si duo sunt ultimi fines, ergo neuter referatur ad alterum, ergo neuter est finis ultimus positive in quem omnia, praesertim, quia si uterque est finis ultimus positive, ergo perfectissimus, ergo sufficientissimus etiam sine altero fine ultimum concomitante, ergo ille finis ultimus sine quo potest salvare sufficientia voluntatis non est aliquid perfectissimum in ordine ad voluntatem, ergo neque ultimum.

Ex quo dicto inferat finalitatem finis non posse sumi vel in ordine ad media vel in ordine operationem cuius est obiectum, quia sequeretur posse dari plures ultimos fines positive quia per diversas operationes posset voluntas, tendens in diversa obiecta non subordinata, habere plures ultimos fines, quia essent plura obiecta specificabiles adaequatae duos actus distinctos, immo vero nullus esset actus voluntatis qui non tenderet in finem ultimum, quia semper habet proprium specificativum Rursus idem medium potest pendere adequate totaliter et sufficienter a duobus finibus, quia potest agens appetere aliquod medium priupter duas rationes et fines, ita ut propter alterum illorum etiam appetatur.

3. dicendum est, repugnat etiam voluntatem habere duos ultimos fines positive totales et sufficientes sub disiunctione ita ut disiunctio amet duo vel plura rationes, autem, non est quia quatuor voluntas appetit duo sub disiunctione, tantum revera appetit unum, nam non appetit nisi duo, quia voluntas, qua quis vollet duo peccata sub disiunctione voluntaria aut occidere, habet et duplimum malitiam, specie ergo duplex obiectum, ergo nec unum vellet tantum illa voluntate sed duo, quamvis in executione tantum furium sit alterum obiectum, tamen in intentione utrumque obiectum voluntum est, quamvis disiunctive, sicut quando copulativa illa appelluntur, sed est differentia quod disiunctio futura est in executione, at, quando illa appetuntur copulativa, copulatio futura est in executione, unde sicut perinde simul

³⁰ Et repite "facile etiam".

cognosco ego disiuncta et copulata. ita perinde simul appeto duo obiecta quando disiunctive appeto aliquid [11r.] quando copulative; disiunctio ergo non se tenet ex parte volentis sed tenet se ex parte executionis; ratio ergo est quia, si duo ultimi fines amarentur sub disiunctione, oculer esset ultimus in quem omnia referrentur et qui prae omnibus amaretur: primum patet, quia neuter in alterum referatur cum sint ambo ultimi, et neuter prae omnibus amatur, quia alter finis non amatur simpliciter sed ad defectum alterius; constat ergo nulla ratione negare per unum actum neque diversus posse voluntatem habere duos ultimos fines positive totales, unde quando communiter dicitur posse voluntatem fieri aequipotente in duos fines, fit tantum compositio³¹ ad media; quod perinde, scilicet, fierent media atque si unus tantum illorum esset finis vel quod alter ab altero est independenter finis. quia ceterus sine altero perinde appetetur atque eterque simul appetitur, non tamen quia eterque sit ultimus finis in quibus omnia.

4.º dicendum est cum D. Tiso. posse dari simul duos ultimos fines partiales, qui positive sint ultimi quod quamvis videatur difficile ex en quod neuer partialis finis potest esse finis in quem omnia referrentur, quia alter partialis non referatur in ipsum, tamen revera eterque dicitur ultimus positive, nam eterque facit unum finem, atque ita, quamvis pars non referatur in partem, omnia dicuntur referri in partiale finem, quia pars propter unionem cum parte non penit in numero cum parte, alioquin qui amaret Petrum propter se ipsum non diceretur habere finem ipsum Petrum nec diceretur habere plures fines partiales ultimos, quia perinde amat sanitatem capitis in Petru atque sanitatem cordis, sicut ergo Petrus est finis totalis illius amoris non obstante quod integratur ex finibus partialibus, quorum alter non ordinatur in alterum, ita dicens est universaliter in aliis.

Ultimo dicendum est posse dari simul duos fines voluntatis ultimos negative probatur, quia potest voluntas simul amare duas res, neque ordinatae inter se neque ordinatae tertio sed omnino disparatas ita ut neutrā illarum referatur voluntas in aliquid ulterius, ec autem casu dicuntur duo fines totales ultimi negative, neque non possunt dici partiales quia fines non facit partes coniunctio, sed ordinatio et compositio alicuius tertii; supponimus autem, quod modo non dispartientes, voluntatem posse habere plures actus simul non subordi-

³¹ Grafia aclarada al margen.

natos; que supposito, si res illas disparatas successiva appeteret voluntas, successive haberet duos ultimos finis saltem negative, ergo idem dicendum est quando simul easdem res disparatas appetit.

Sed obiectas contra id quod supra dicum est videtur enim sequi ex hoc ultimo dicto evadere actum moralem posse aequae primo esse in duplice specie; probatur nam si voluntas potest simul vello duas res dispares, ergo idem actus simul et aequae primo specificari poterit ab utraque, quia cum inter res illas nulla sit subordinatio aut habitudo, species una non potest magis esse substantialis actu potius quam altera. Respondetur quod vel ea; diversis actus circa diversa obiecta vel si idem actus est, diversa realitas partialiter est in actu prout est pondus et obiectum ad unam rem vel ad alteram, et ita non, sicut in naturalibus eadem realitas aequae fundat duas species praedicamentales, ita potest eadem realitas habere duas species morales; quod [Illi.] si obiectas idem actus malus potest fieri etiam malus alia malitia ex sola cognitione supervenienti. ita ut nulla fiat mutatio in actu voluntatis, ergo illa entitas in actu voluntatis simul erit in duplice specie, ut si quis volens occidere hominem advertat endem tempore impediri ab impleendo precepto de audience missa, respondetur quod in hoc casu satis appareat illum actum essentialiter esse homicidii, accidentaliter vero malitiae, sed universaliter respondetur quod superveniente tantum cognitione nova nolle facta intentione intrinseca in voluntate sit peccatum omissionis cuius non est subiectum actus Ille qui praefuit, sed tantum causa vel impedimentum et ita non est per se in specie peccati supervenientis.

Ad argumentum initio posita responderetur ad primum quod causa efficiens secundum propriam essentialium est extrinseca actioni effectus et ita dicitur: actio non respiciat causam efficientem secundum propriam illius naturam sed quatenus formaliter vel circumscribit effectum possunt esse plures causae efficientes eiusdem effectus totales et sufficientes vel numero vel specie differentes, at vero agens respicit finem et specificatur a fine secundum propriam botulatorem et naturam finis, atque ita impossibile est quod aequae ratione specificetur ab ultimo fine adaequata.

Pro solutione secundi advertendum est quod qui mortaliter peccat non est necesse habeat creaturem pro ultima fine positive, neque necesse est habeat illam pro ultimo fine negative. Probatur primum quia qui amat rem aliquam contra legem non necesse est ad hoc ut peccet mortaliter amendo illam, quod omnia referat in creaturem

illam, uno vero, si objectum aliquod delectabilius occurreret repugnans cum priori peccato delectabili eligeret illud quod occurrit; quamvis enim Deus non possit amari nisi omnia in ilium referantur, bene tamen potest creatura amari et cum peccato mortali, quia ratio peccati mortalis non consistit in eo quod referantur omnia in creaturam sed quod Creator postponatur creature; secundum probatur, si quis eligat medium quod si; peccatum mortale propter finem, quib[us] etiam sit peccatum mortale, peccat proprio peccato mortali electionis, quis sequitur medium illud ut medium, neque est ultro finis positive neque negative, siquidem referunt in aliquid ulterius. Autres autem contilianter quia, quando dicunt aliqui etiam in peccato mortali plus amari Deum quam creataram ut Aristotle[us] Quodlibet 1 a. 3 et quando Med[inus] in huc articulo dicit plus amari creaturam quam Deum in peccato mortali vel intelligendum est quod amore concupiscentiae plus diligitur Deus quam creatura tamquam malos bonum operantis, amore vero amicitiae minus diligitur Deus siquidem illius amicitia postponitur, sic etiam dixit D. Tho. I p. q. 60 a. ultimo quod daemones amore concupiscentiae plus diligunt Deum quam omnia vel quod simpliciter etiam in peccato mortale plus amatur Deus quam creatura, quia magis vellet voluntas possidere Deum quam quodlibet bonum alicui, sed tamen secundum quid magis diligitur creatura quam Deus in quantum creatura antepotitur amicitiae Dei, simpliciter tamen loquendo quia amor amicitiae nobilior est amore concupiscentiae, quamvis Deus [12r.] diligatur etiam in peccato mortali amore concupiscentiae magis quam creatura, tamen quia amore magis amat hominem vel creaturam vel si ipsum quam Deum, dicitur Deus simpliciter minus amari.

Quod si vnges quare qui peccat mortaliter communiter dicitur constituere ultimum finem in creatura respondetur hoc tantum dictum quasi interpretative, nam quod ultimum finem, scilicet, Deum postponit alteri objecto interpretatur illud objectum quasi substitutum Ieo ultimo finis contenti in eadem, scilicet, dignitate et affectu et ad hoc attingit ratio Scotti in 1 d. 1 q. 1; de venialibus autem constat non necessitate esse constitui ultimum finem in illo neque differt a mortali, quia in mortali constituitur finis ultimus. in veniali autem non ita, sed in eius distinguitur quod in mortali postpunitur Deus, in veniali non ita. Ad argumenta respondetur quamvis plura peccata disparata possit voluntas simul velle aut veniale peccatum existens in charitate, nulquam habet duos fines positive.

Sed hinc occurrit secunda difficultas eodem modo tam in peccato mortali et veniali non constitui finem ultimum positive sed tantum negative, quid causa est quod dicatur peccantem mortaliter constitutere ultimum finem in creatura et frui utendis, peccatum vero venialiter non constitucere talen finem neque frui utendis ut patet ex D. Tho. q. 84 a. 1 ad 3m. Huic difficultati quasi respondens D. Tho. q. 24 a. 10 ad 2m. in 2-2 inquit quod id quod amatur in peccato³² veniali amatuer propter Deum non actu sed habitu et ideo non constitui ultimum finem in creatura sicut per peccatum mortale; Idem dicit infra q. 84 a. 10 q. 7, De male a. 1 ad 3, 4 et 9 Cal[setanus] in ilium locum 2-2 dicit ideo referri habitu peccatum veniale in Deum, quia si de eo referibile esset quantum est ex parte habitus charitatis, qui non expellitur per veniale peccatum, posset referri in Deum, sed non explicat Cal[setanus] quomodo de facto dicat D. Tho. habitu referri neque explicat ultimum finem propter venialis. Alii ut Med[ina] hoc loco dicunt habitum referri, quia peccatum veniale referatur in bonum personae operantis, persona autem operans relata est habitualiter in Deum per habitum charitatis; sed contra est quia hac ratione etiam acta posset D. Tho. dicere referri peccatum veniale in Deum, quia acta refertur in bonum personae relatae in Deum, quod tamen D. Tho. negat, tum etiam quia non scriper peccatum veniale ordinatur in bonum personae operantis, et tandem quia persona etiam ipsa, in quantum est finis peccati venialis, non refertur in Deum per habitum charitatis, ergo nullo modo neque immediate neque mediate peccatum veniale refertur in Deum.

Dicendum ergo est per peccatum veniale quando habetur pro ullo fine negative, revera hominem frui creatura utenda; probatur ex Augus[tino] libro 1 De doctrina christiana c. 4 ubi inquit frui esse inhaerere animi alicius rei propter [12v.] se ipsum, sed per peccatum veniale potest amari creatura propter se ipsum sicut potest amari per peccatum mortale in quantum neutrum peccatum propter alterum appetitur, ergo non minus per veniale quam per mortale frui possimus creatura; item ex Ang[uistino] Liber 88 quaestionum q. 30 ubi ait omnis itaque humana perversio, quod etiam vitium vocatur, fruendis uti velle et utendis frui, ergo venialis perversio, cum non sit in huic quoque utimur fruendis, necesse est ut consistat³³ in eo quod est frui

³² La palabra "mortali" faltada.

³³ Al margen corregido el "consistat" del texto.

utendis. alios esset imperfecta et insufficiens Augus[tini] divisio non compredendens omninem perversionem; cum ergo per peccatum veniale non utamur creatura. quia, teste Aug[ustino] lib[er]to, uti est referre aliquid ad obtinendum quod amat[ur] sequitur quod quando peccatum veniale est ultimus finis negative fruatur creatura. Respondent non nulli per peccatum veniale neque fruimur neque uitimur creaturo sed abutimur. sed male respondet quia abuti non est membrum distinctum a frui ei ut, quia, abuti significat ali illucite, quod sub uti generaliter continetur, ergo si uti non quadrat in tale peccatum veniale, ergo neque abuti in quantum est inferius; quando autem Aug[ustinus] Libro etiam 88 quaestionum inquit uti dici non potest sed abuti qui non refert rem in finem debitum loquitur de uti licito, sicut ciuii inquit quod abutitur creatura qui peccat mortaliter, ergo sicut hic abusus in peccato mortali non facil quod per peccatum mortale non dicamur frui creatura ita abusus in peccato veniali non faciet quod per illud non dicamur frui creatura.

2º dilectionem est, nihilominus, merito dicitur vel absolute loquendo quod non fruimur peccato veniali, quia cum non expellat ultimum finem contrarium, scilicet, bonum per quem finem factum est ut haec persona omnia retulerit in talē finem. scilicet, Deum ut per consequens omnibus virtualiter statut in ordine ad Deum, denominatio simpliciter sumitur a nobilitati fine ei usu; ex quo fit quod peccatum veniale vere dicatur habitu referri in Deum. quia quamvis peccatum veniale secundum se sit irreferibile, tamen expulsio vel contemptus illius referibilis est in Deum, sicut communiter dicemus solemus divisiones omnes referri in bonum amici habitu, non quia minores illae consumendas sint necessario aliquando in utilitatem illius sed quia si opus esset omnes illae in altos usus, aliquatenus consumptae de facto propter amicum perderentur.

ARTICULUS 6. [13r.] Utrum omnia quae vult homo habeat proprias ultimam finem

Conclusio omnia quae vult homo necesse est ut velit actualiter vel virtualiter propter ultimum finem.

Sed est maxima difficultas circa hanc conclusionem an tribus an quatuor modis intelligi possit haec conclusio. 1." quod omnia referant-

tur habitudinaliter in ultimum finem, ratione, scilicet, alicuius habitus existentis in operante qui est inclinatio quoedam ad referendum omnia in ultimum finem et praeterquam quod hoc esset nihil dicere, non est generale pro omni stato hominis neque pro omni homine, quia poterat homo creari sine illo habitu et fideles possunt incipere operari sine habitu illo; si ergo quomodo possunt omnia facere propter ultimum finem, si hoc modo intelligatur. 2^a potest intelligi actualiter conclusio sed hoc modo constat esse falsam; quia non potest esse actualis relatio unius in alteruto sine actuali cogitatione ultimi finis, de quo non semper actu cogitatur, quando aliquid agitur. 3^a potest intelligi per modum habitus, aut 4^a modo virtuali et adhuc sic intellecta conclusio videtur falsa. nam vel illa relatio virtualis in ultimum finem tenet se ex parte operantis, vel ex obiecti: non primum quia non necesse est unum quae homo vult, velut ex virtute aliqua prioris intentionis circa ultimum finem; cum quia non maneat aliquid in virtute, nisi quando in aliquo relinquat aliquam vim, ratione cuius fiat aliquid, quod non ita fieret nisi virtus illa relata esset, ac multa operantur homines perinde volita atque si nulla praecessisset: intentio talis ultimi finis, ergo intentio illa impertinenter se habet, sed satis erit intentio particularis finis ultimi negativo, sicut non semper ad assertendum conclusioni necesse est concordat aliqua virtus relata ex principiis universalissimis, sed satis est virtus proximorum principiorum; nam etiam quia non necesse est hominem aliquando habuisse actionem secundum circa ultimum finem, sicut non necesse est habuisse actionem circa principiis universalissima; vel intelligitur D Tho. de relatione habituali ex parte operis et obiecti quia, scilicet, omnis actus voluntatis est circa bonum, quodlibet autem bonum est participatio ultimi boni et perfectissimi, verum tamen hoc non est referri unum in aliud, sed quod imperfectum bonum dicit in ordinem tantum ad suum: [13v.] complementum. Item quia in hrudis etiam referrentur omnia in ultimum finem virtualiter sicut in homine, quia etiam omne bonum, quod brutum appetit, est participatio ultimi boni, praesertim quod saepe homo constituit sibi ultimum finem in Imito apparenti, ergo quantum appetit alia bona cum potest dici refecte illa in ultimum finem virtualiter, quia talia bona tunc possunt esse participatio et inchoatio apparentis buci.

Secunda ratio dubia, est, quis homo iustus habet pro ultimo fine Deum et tamen peccata venialia saltem non facit prompter ultimum si-

nem; similiter infidelis habens idolum pro ultimo fine non facit opera bona mortalia propter talem ultimum finem. quia non essent bona.

Pro intelligentia horum argumentorum dubitatur 1.^a utrum in principio vitae vel quodcumque a somno excitatur, vel denique quotiescumque lucipit uti usu rationis, necesse sit habeat primum actum circa ultimum finem. Et primum certum est actum esse non posse circa medium, quin prius tempore vel natura praesupponat actionem circa finem. quia quod amatur propter aliud praesupponit amorem alterius rei propter se; secundo notandum est, bonum in communione, id est, bonum comprehendens omne bonum posse tripliciter sumi: primo pro ratione boni generica, quae comprehendit omne bonum; secundo pro summo bono in communione; tertio pro tali supremo bono in particulari, sicut enim: finis et ultimus dnis et talis ultimus finis se habent sicut superius et inferioris, ita bonum et summum bonum et tale summum bonum, id est, bonum et beatitudo in communione et beatitudo in particulari.

Dicu ergo 1.^a in hac re circa bonum in communione in prima acceptione non necesse est voluntatem elicere primum: actum: probatur, quia non necesse est prima apprehensio praesentari voluntati bonum generice sumptum atque ita talem actum³⁴ neque experimentum in nobis neque meminimus habuisse, quicquid autem appetitur ut obiectum relinquit sui experimentum in intellectu; secundo quia actus iste voluntatis circa bonum generice sumptum, vel deberet esse primus, quia nobilissimus, vel quia imperfectissimus; non primum, quia talis actus est valde imperfectus, nam perfectio actus voluntatis sumitor ab obiectu, ratio autem generica bona imperfectior est qualibet ratione specifica boni, quia cum species addat aliquid supra genus. quacilibet species est nobilior genere; non secundum quasi oporteat voluntatem instar naturae procedere ab imperfectioribus paulatim [Mr.] ad perfectiora; hoc, inquam, verum non est semper in potentibus activis et maxime in voluntate, quae cum sit inclinatio in bonum, non prius eligit minus bonum quam maius, sed potius contra, praesertim quondam voluntates, quando appetit bonum universaliter, non appetit bonum universale, quia, cum fidelitatem in res prout a parte rei existentiam habent vel ordinem ad illam, non fertur in bonum prout abstractum ab inferioribus, sed in omnia inferiora contenta sub illo superiori, sicut solemus dicere potentiam visivam non ferri in colorem universalem

³⁴ Se repiten les paraules: "atque ita talem actum".

sed in colore universaliter, id est, in omnem colorem copulative, differentia autem quae esse posset dicitur alias.

Dico 2^a necessarium cum esse primum actum voluntatis versari semper quandoque operari ceterum tale objectum et quia ut huma circa beatitudinem in communis vel in particulari: ratio est quia non incipiat operari satis est habeat ultimum finem negative sicut ad assertiendum conclusioni satis est moveatur intellectus ex accessu principij proximi, quamvis non ultimi; ubi has igitur rationes D. Thoren posuit revera talis primum actum circa ultimum finem, ut dicimus infra, atque male Durand[us] in 1 d. 36 q. 3 insinuavit contrarium, sicut Capro[us] in 1 d. 1 q. 3 a. 1 et 4 Sententiarum d. 49 q. 3 a. 1 et Caet[er]us hie ei: Med[ia] probabilem putat sententiam quamvis oppositum dicit probabilius.

Dubitator 2.^a utrum, supposito quod praecessisset talis primus actus circa ultimum finem beatitudinis in communis vel in particulari, posset dici talis intentio ita manere virtute in factis actionibus ut dicarentur omnia fieri propter talis ultimum finem.

In qua re certum est quid factae omnes actiones non possent in esse naturae actu vel virtute pendere a tali intentione praeciente, quia multae actiones eodem modo fierent quantum ad suam essentiam atque si talis intentio non praecessisset, sicut quamvis jutius actus intellectus fuisse circa prius a universalissima non rivesse esset reliquias omnes assensus futurus in esse naturae aliquo modo pendere ab assertu illi precedentis principiorum principiorum, praesertim quid sicut non necesse est primum assensum ultimum principiorum esse circa principia sub ratione principiorum conclusionum, sed circa illas propositiones et virtutes universales. Ita non necesse esset quod ille primus actus [fuerit] circa summum bonum versaretur circa libet statim ratione ultimi finis et in ordine ad media, ergo electiones aliarum rationum, quae postea essent, nullo modo penderent ab amore illius summi boni.

Dico 2^a intentio circa ultimum finem nihil confort ad reliquias actus deinde futuros quantum ad esse moris, virtutis, aut vitij ex entitatem quod talis intentione praecesserit; probetur quia qui deinde sequitur, vel est liber libertate praesenti, vel non; si est liber libertate praesenti, ergo est bonus honestate praesenti vel malus malitia praesenti; si autem non est liber libertate praesenti, ergo tota honestas vel malitia fuit ibi libertate praecedenti aliusquis alterius actus, ergo iste actus praeterea neque est bonus nec malus, neque augens boni

tatem aut malitiam, sicut non auget libertatem aut considerationem; secundo quia sequeretur nullum actum posse otiosum esse in eo qui semel retulisset omnes actiones in ultimum finem: quia si talis fons maneret virtualiter in omnibus actionibus sequentibus iam illae non possent dici otiosae. id est, sine fine quandoquidem referentur virtute in ultimum finem. Tertio arguitur et pro illius intelligentia notandum est quod si aliquis haberet actum istum intentionis, ego volo Deum semper offendere in omnibus in quibus potest offendere, peccatum huius hominis neque esset furti neque esset homicidii vel aliiuic similes speciei; probatur quia, si per impossibile factum esset impossibile,actus ille haberet eandem prorsus malitiam, quam mox habet supposito quod est possibile factum³⁵; patet quia inunctata³⁶ cognitione impossibile est mutari aut augeri malitiam propter objectum; sed illa cognitione, quam habet ille taliter peccans, non pendet a possibilite furti vel impossibilitate illius, sed si esset impossibile furtum non haberet malitiam furti ergo neque modo habet illam, quando est possibile furtum, sed habet ille actus aliam determinatam malitiam sumptum ab obiecto universali. scilicet, a peccato in communi.

Hoc supposito ista intentio, quae praecessit in taliter peccante, non manet virtualiter in esse moris in actionibus sequentibus, si non adsit nova consideratio, quia si postea acciperet rem alienam ignoranter quod esset aliena non peccaret peccato furti, quia nec propter considerationem praesentem, quam non habet, potest modo peccare peccato furti neque prius intentionem praecedentem, quae non fuit peccatum furti. ut probavimus, ergo similiter intentio bona praecedens, qua aliquis vult placere Deo in omnibus actionibus sequentibus, nullo modo manet [15r] virtualiter in esse moris in aliis actionibus ad bonificandum vel depravandum illas, nisi adsit turba consideratio et tunc virtute in ordine ad talem considerationem erit bona³⁷ actio; et hoc est quod theologi dicunt communiter non omnia opera infidelis esse peccata. licet talis infidelis retulerit aliquando omnis sua opera in idolum sicut non omnia opera iusti referuntur in Deum actu vel virtute, qualia sunt peccata venialia.

Dico 3.º si aliquando intentio imprudentis dicitur manere vel manet virtute in actionibus sequentibus non debet intelligi quoad esse moris

³⁵ El cierre del paréntesis no está en el texto.

³⁶ Lectura probable

³⁷ Tachadura al margen.

sed quoad esse physicum et naturale, primum patet ex dictis, quia sicut quando quis culpabiliter se inebriavit praecedens illa intentio mala ebrietatis non potest manere virtute quoad esse moris tempore ipso praesentis ebrietatis, ita praecedens intentio facienda bonum opus huius manet in esse moris quando ipse actus exterinus fit cum determinacione considerationis talis honestatis, quia perinde repugnat libertati circa tale obiectum distractio considerationis atque ebrietas, quia parum refert considerationem tolli per ebrietatem aut distractio; secundo probatur, quia praecedens intentio potest manere ibi aliquis effectus physico qui revera non fieret neque esset causa ultioris effectus, nisi praecessisset talis intentio, sicut ex intentione implendi praecopium concreti olicuis in templo aut missam etc., quorum nullus effectus fieret nisi talis intentio praecessisset; ex quo probatur quod si quis intendat legui per horam, v. g. in honorem Dei, illa quidem intentio statim atque habito est bona est honestate locutionis per horam, tamen futura honestas vel malitia futuri sermonis per horam non sumenda est ab illa priuata intentione, sed a praesenti consideratione vel inadvertentia, ut si sit actualis inadvertentia sermo ille neque sit bonus neque malus; si vero sit actualis consideratio honestatis in tali sermone erit bonus, si vero sit actualis consideratio malitiae in tali sermone vel quia perindeas est vel quia caret aliquo fine, est actualiter malus sermo; nihil minus tamen praecedens intentio conducere solet in esse moris ad actiones sequentes, in quantum repetita illa intentio semel atque iterum relinquit sui vestigium aliquid memoriam, quae tempore actus exterior excitat mentem ad actualiter considerationem honestatis et proinde prodest ad novum meritum in quantum ex tali consideratione actuali repetitur saepe actus interior, qui quo frequenior est eo magis est meritum.

[15v] Dico 4.^a adhuc in esse moris quodammodo potest dici manere prima intentio in actionibus sequentibus, non quidem quod illae actu vel virtute possint dici referri ita finem praecedentis intentionis, quando nulla subsit memoria talis finis sed habitu sicut de peccatis venialibus diximus ex D. Tho. In quantum intentio ultimi finis non retractata secundum quam semel posposita futuri reliqua omnia tali fini dicuntur posteriores actiones, quae postea sunt, postponi, et tamen referri habent in talen ultimum finem.

Dico quod quamvis ad rationem esse moralis meritorii vel demeritorii requiratur semper actualis consideratio, tamen ad affectus alios

satis est praecedens intentio et consideratio, quando ex tali consideratione et intentione praecedenti effectus illi pendent aliquo modo, ita ut non fierent vel non ita fierent, s: talis intentio non praecessisset; unde ut sacerdos faciat effectum consecrationis non necesse est actu habeat intentionem, quando consecrat, quia cum haec pendeat ab actuali consideratione, quae non semper est in potestate hominis requisita a Deo. quia alioquin soepe impedirentur effectus sacramentorum, unde satis est quod ex intentione praecedenti, quae virtualiter mensit in itinere ad sacrisham aut in vestibus quae induuntur et in aliis; similiter qui applicat suam satisfactionem alteri in recitatione invocari v. g., non requiritur quod semper quando recitat actualiter applicet suam satisfactionem alteri.

Dubitatur 3^e quid intelligat D. Tho. dicens omnia fieri propter ultimum finem. In hac re supponendum est D. Tho. loqui in hoc articulo de ultimo fine positive; quia dicit omnia appeti propter finem ipsum, tanquam propter finem ipsum perfectissimum et completem as caparitatem appetitus, et tanquam propter beatitudinem, quac omnia tantum quadrant in ultimum finem positive, imo in dubiis praecedentibus arbitrius sumit D. Tho. finem ultimum pro fine ultimo positive, quia alias aequivoco loquaretur in his tribus articulis, si in dubiis de ultimo fine utiam negative³⁸ esset, in hoc veru articulo & ut constat de fine ultimo tantum positive; sed id etiam patet ex ipso testimonio articuli quarti ubi quaeritur de ultimo fine totius vitae; quis revera, cum D. Tho. acturus esset de ultimo fine positive in particulari, quibus sequentibus agit in hac questione de fine ultimo positive in universalis: frustra enim de fine ultimo negative ageret in his tribus articulis, cum iam inquisisset primo articulo semper hominem agere propter finem, non autem, ut finis est, saltem ultimitas negativa convinit necessario.

[167] Dico 1.^a D. Tho. significasse omnia referri in ultimum finem, in quantum omnis finis est participatio ultimi finis atque ita in omnibus continetur virtualiter ultimus finis: namque causa in effectu, et ita in omnibus finibus finaliter at ultimus finis. Haec mens D. Tho. colligitur ex 1 p. q. 26 a. 4 et locis infra citandis dicio sequenti, sed potissimum ex 4 d. 49 q. 1 a. 3 quæstiuncula 1 ubi quaerit ubrum omnia quae homo vult velut propter beatitudinem et res-

³⁸ mag. explose.

³⁹ El cierre del parentesis no está en el texto.

ponet affirmative, dicens quod omnis appetitus cuiuslibet boni et delectationis, etiam quae ex peccato nascitur, in beatitudinem ordinatur, in quantum ipsa delectatio est aliqua similitudo vel propinquia vel remota illius delectationis etc.; unde si aliquando D. Tho. videtur consiliuere tantum necesariorum accum antecedentem circa ultimum finem, ut inde progrediatur humu ad actiones singulares, ut infra q. 80 a. 6. hoc tamen non ducet propter doctrinam praesentis articuli tanquam aliquid necessarium ad hoc ut dicantur omnia referri in ultimum finem sed ad aliud propositum, ut suo loco dicimus.

Dic 2^a in sensu nuper explicato non tantum dicuntur omnia referri in beatitudinem in communio, sed etiam in particularem, scilicet in Deum, iuso nivisque idem est, ut insinuavit Medina, quia cum ista relatio, in ultimum finem, non sit aliquis actus elicitus et probatum est seu relatio quedam et habitudo naturalis rei ad rem, id est, boni participati et imperfecti ad fontem bonitatis, consequens ut tatis relatio non possit esse ad summum bonum apparen, sed ad summum bonum verum, quod cum verum habet esse possit, idem est summum bonum et hoc summum bonum, sicut idem est Deus et hoc Deus; ratio autem differentiae est, quia cum aclus elicitus voluntatis consequatur objecti cognitionem, potest ferri in bonum apparen, et beatitudo rei et boni imperfecti respicit bonum prout tantum est a parte rei et secundum id quod habet in se atque non potest ferri nisi in verum bonum. Haec sententia est D. Th. 1 p. q. 96 a. 1 ad primum ubi ait quod in omni boni appetitus summum habet, scilicet Deus⁴⁰ et q. 44 a. 4 et q. 60 a. 2 ubi ait ex eo beatitudinem appellat et omnia propter illam, quia omnia appetunt propter finem, id est, bonum. Legatur 3 Contra gentes c. 17, 20, 21 et 22 sed maxime De veritate q. 22 a. 2 ubi dicit quod omnia appetunt Deum implicite, non tamen explicite, quia nihil habet, inquit, rationem appetibilis nisi per similitudinem et participationem divinae bonitatis seu primae [IHC] sicut nihil habet rationem cognoscibilis nisi per similitudinem primae veritatis, sed etiam ex Aug[ustino] 2 lib. Confessorum et si ubi probat delectacionis omnium vitiorum esse participationem beatitudinis, ita ut omnes, qui peccata appetunt, ad beatitudinem tendant et ad Dei imitationem. Legatur ab Iulis verbis, superbia celsitudinem operator etc. ubi non significat Augustinus quod ex amore ultimi finis veri nempe Dei moveatur: quis ad peccandum, lauen ad delecta-

tiones coniunctas peccati dicit ex appetitu beatitudinis moveri, perverse, inquit, te omnicanter omnes quo longe a te se faciunt, sed etiam te iuitando dicunt te Creatorem esse omnis creaturae et Iuen non esse quo a te emni modo recedant. Legatur etiam lib. 10 Confessionum c. 20 et 21 et 2 de Trinitate c. 6 et maxime 13 lib. 3 ubi eleganter declaravit quid sit ultimum finem virtute appelli in omnibus actu dicens, quidquid enim abud quisque latectier velit ab hac voluntate, scilicet, ultimi finis, quae hominibus omnibus satis nota est non recedit: idem Psalmus 32 et Psalmus 142.

Ad argumenta initio articuli posita patet ex dictis quod ordinari omnia in ultimum finem non significat vel quod omnia secu elicito in illum referuntur vel quod omnia conducant ad consecutionem [Illi]us, sic enim actus peccati non referuntur in ultimum in Iheru contra memorem D. Tho hic et Aug[ustini] lucis citatis, quia modus explicatus referuntur.

ARTICULUS 7 et 8. Utrum sit tuus finis ultimus omnium hominum et utrum et utrum in illo ultimo fine aliiae creaturae conveniant.

Circa hos articulos vide Aug[ustinum] locis citatis articulo superiori et D. Tho citandis quaestione sequenti.

Quaesito 2.^o De BEATITUDINE HOMINIS (ID EST) IN QUO CONSISTAT HOMINIS BEATITUDO IN 8 ARTICULOS DIVISA

ARTICULUS 1. CUM RELIQUE AD OCTAVUM

Primus est nigrum beatitudo hominis in divitiae consistat; secundus utrum in humoribus; tertius utrum in gloria humana vel fama; quartus utrum in potestate; quintus utrum in aliquo bono corporali; sextus utrum in voluptate; septimus utrum in aliquo bono animae; octavus tandem utrum in aliquo bono creato consistat.

[177] Conclusio ex articulis haec est. Beatitudo obiectiva non consistit in divitiae, quae sapere impedimentum esse solent, neque in humoribus, qui in humectante est et signum potius excellendiae et perfectionis quam ipsa perfectio, neque in gloria, quae nihil aliud est quam clara notitia cum laude, quia etiam supponit perfectionem ipsam neque in potestate, quia potest non continentere in se unum bona, neque

in aliquo bono corporis, quia sicut corpus ad animam: ita bonum corporis ad bonum animae ordinatur, ut persequitur Aug[ustinus] Psal. 32, neque in voluptate, ut multos probat D. Tho. neque in aliquo bono ipsius animae actu vel habitu, quia tale bonum est bonum participatum et particulare, demum in nullo bono creare: unde constat quod auctor D. Tho. quaestione sequenti de beatitudine tali nempe pro adeptione agit In hac questione de beatitudine obiectiva et conclusio solum Deum posse esse beatitudinem obiectivam, quae conclusio de fide est et maxime palet ex toto libro Ecclesiast. et potissimum ex capite 2 ab illis verbis. dixi ego in corde meo, et ex capite 5. Marie, et ibidem legantur sancti. Item Aug[ustinus] 13 Doctrina capite 4 et 19 De Civitate c. 1 nisi ex Varrone id referente dicit fuisse 235 sententias de beatitudine, quae virtute continebantur in principiis Philosophorum et tripartita bonorum divisione animae et corporis et utriusque; Basili[us] homilia de paradiso et homilia 21 de felicitate; Ambrosius[us] lib. 2 De officiis; Clemens Alexandrinus[us] lib. 2 Stromatum; Eusebius[us] II De prop. evang. cap. 20; Bonetius. 2 et 3 De consolationibus, et ex philosophis Tibus in Tusculanis[us] questionibus, et lib. De finibus bonorum: et malorum, Seneca lib. De beata vita, et variis epistolis. Legatur Eugubius lib. 10 De perenni philosophia cap. 15 sed et Lucretius[us] multa ex professo tradit in suis Institutionibus praesurum lib. 3 c. 7.

Quaestio 3. De DEFINITIONE BEATITUDINIS IN 8. ARTICULOS DIVISA.

Articulus 1. Utrum beatitudo sit aliquid increatum.

Articulus 2. Utrum beatitudo sit operatio.

[170.] Conclusio primi articuli: beatitudo pro adeptione est aliquid creatum, obiective vero est aliquid increatum. Conclusio articuli 2: beatitudo formalis est operatio hominis. Dabitatur autem 1. circa hos articulos utrum beatitudo sit aliquid increatum, ratio dabitandi est quia beatitudo debet esse bonum perfectissimum, sed perfectius participiatur perfectissimum bonum per possessionem in esse rei, quam per possessionem in esse obiectivo et intelligibile, quia haec est quasi extirseca quaedam unio, illa vero intrinseca, ergo beatitudo in illa prima possessione consistit. Tunc præterea, si beatitudo in summi boni possessione reali consistet, iam beatitudo formalis esset aliquid increatum, ergo hoc possibile est.

Probatur assumptum, quia beatitudo in illo casu non consistet in unione et possessione reali summi boni, sed in ipso summo bono, prout unito, sicut modo de facto non consistit beatitudo in unione intellectus cum visione beatifica, sed in ipsam et visione beatifica. prout unita, ergo sicut modo beatitudo formalis et pro adeplicata est ipsum verbum mentis beatificum, prout receptum in ipsa intellectu beati, ita in eo casu beatitudo formalis esset ipsum summum bonum prout unitum cum beato realiter, ergo tunc beatitudo esset aliquid increatum. Secunda ratio est quia vel necesse est quod beatitudo sit operatio vel non; si non, ergo bruta possunt esse capacia beatitudinis contra Aug[ustum] Lib. 83 quaestionum q. 6 quia quomodo cognoscendo et amando Deum non possint esse beata, possent tamen esse per unionem aliquam realem cum ipso summan bono, qualis est hypostatica, si non requireretur ad beatitudinem quod esset unio per operationem. Si autem necesse est quod beatitudo sit operatio adhuc poterit esse aliquid increatum, quod formaliter beatificat, quia potest intelligi homo assumi ut instrumentum operationis, cuius terminus beatificans est aliquid increatum, quia sicut generatio hominis ita tendit ad hominem, ut nullam partem illius producat, quia neque materiali, quae ingenerabilis est, neque animam, quae crebilis, sed tantum producitur de novo uno utriusque partis, sic posset intelligi quod homo per aliquam operationem tenderet ad Deum increatum, qui esset terminus talis operationis, non quidem factus, sed unitus ipsi operanti. Ecce ubi beatitudo consistet in operatione, id est [187] in Deo, ut termino talis operationis et tamen ipsem Deum esset immediata et formalis beatitudo, atque ita formaliter beatitudo esset aliquid incrementum. Tertio quia si Deus posset informare animam rationalem, sicut anima rationalis informat materiam procul dubio sicut materia formulariter est per formam, ita anima formaliter esset beata per Deum et consequenter beatitudo formalis esset aliquid incrementum, sed non repugnat intelligi Deum esse inmediate formam animae rationalis, ergo nec formaliter eius beatitudinem. Probatur tunc quis ad hoc non necesse est Deus mutari, nam sicut potest Deus immediate uniti hypostatico cum natura creata, quin Deus mutetur et in hoc differt suppositum divinum a supposito create, quod suppositum divinum sine sui mutatione terminat naturam etiam alienam, suppositum vero creatum non posset illam terminare sine mutatione, ergo etiam posset Deus sine sui mutatione uniri per modum formae, ita ut in hoc etiam differat a forma create, quod illa cum sui mutatione, Deus vero sine

sui mutatione potest informare, praesertim quod etiam forma creata sine sui mutatione informat de novo materia, nam in resurrectione v.g. Petri anima illius informabit materiali, non per aliquam rationis additum, quia informatione reali non per aliquid reale, quia, cum talis realitas esset actus etiam informans materiali, rediret eadem quaestio ei necessitas novae realizationis; ita enim quia non videatur inconveniens quod Deus mutaretur, nam mutari non dicit imperfectionem secundum quod mutatione dicit acquisitionem novae rei sed secundum quod aliquando importat corruptionem propriae entitatis, sicut non est imperfectio quod Deus adquirat esse huminem formaliter per unionem hypostaticam, qui antea tantum erat homo eminenter, nam si dicas non posse Deum esse materiali et formam quia hoc requirit inhaesione et informationem petitur aperte principium. id enim quantor quasi possit Deus de novo acquirere aliquam entitatem per constitutionem hypostaticam et non possit acquirere aliquam entitatem per mutationem et mutationem, aut cur erit imperfectio in Deo aliquid uniri per receptionem et non per unionem hypostaticam.

Sententia fuit Inannis de Ripa, ut refert Capre[plus] m 3 d 14 q. I a. 2⁴¹ [18v.] dicentis animam Christi esse beatam ipsam et beatitudine Dei, ita de facto ita contingere in omnibus beatis, ubi refert 23 argumenta, Greg[ori]us etiam Arimin[ensis] in 2 d 7 q. 2 dicit haec etiam opinionem fuisse quorundam modernorum, quod etiam videtur sensisse Hugo de Sancta Victoria opusculo De anima Christi et eius scientia, et lib. 2 De sacramentis parte 6 cap. 10: Monotelite etiam cum unam tantum pimerent in Christo operationem, quod artus internos intellectus et voluntatis, scilicet, divinam, sic conquerentes volebant animam Christi esse beatam per Dei beatitudinem.

In hac re dicendum est 1^o ex Durande m 4 d 49 q 1 quod beatitudo est bonum heu, unde sicut calor duplex dicitur bonum formae genitae primo extrinsecus et elective, segundo intrinsecus et formaliter, sicut calor productus inhaerens frigenti, ita etiam beatitudo respectu heu vel dicitur bonum extrinsecus et ita est aliquid increatum, vel intrinsecus et formaliter, et ita est aliquid creatum. Primit ergo Durand[us] triplici ratione quod simpliciter loquendo sit aliquid creature, probat quod simpliciter loquendo beatitudin supinat et significat beatitudinem formalem et intrinsecam, quae est quod creatum. Ultima

41 El cierre del paréntesis no está en el texto

Dunandi ratio est, quia si per impossibile Deo non existente permanere posset beatitudo formalis vere esset beatus, qui haberet talem visionem, non minus quam a Deus existere. quod certe verum est, quidquid Medina negat in solutione tertii inconvenientis quamvis, enip, si Deus posset non existere, non posset beatitudo intrinseca conservari, immo, neque esse, quia in illa visione videtur posse Deum definire et sic non esset beatitudo aut non videretur Deus sicuti esset, tamen supposito illo impossibili, si remaneret visio beatifica Dei deficient, essentialiter esset homo beatus, sicut visus aequaliter est perfectus visione alibi curam existens alique esset, si miraculose submato obiecto permaneret vision. Ratio ceteriusque a priori est quia quod specificatur ab obiecto abstractum a praesentia obiecti vel absentia.

2^o dicendum est quamvis beatitudin obiectiva sit aliquid inreatum, tamen beatitudo formalis non necesse est sit aliquid inreatum, ratio est quia optime posset esse actio finitae perfectionis circa obiectum infinitum; probatur quia sicut infinita bonitas amari potest finitu amore charitatis, ita summa bonitas et veritas intelligi potest finito actu et visione intellectus. Probatur hoc primo quod finitum est credere potest res infinitas, secundo quia quod finitum est potest representare infinitas res, tertio quod finitum est potest esse causa infinitarum rerum, ergo obiectum infinitum [f9r] potest per finitam actionem et beatitudinem formalem percipi; illud primum patet tum quia pars, ut latius infra dicimus, res finita superioris ordinis habet sub se infinitas species inferioris ordinis, quas essentialiter excedat, sicut enim quantitas unius palmi habet infra se infinitas quantitates possibilis minores atque minores secundum proportionem moris, ita una species superioris ordinis potest habere sub se infinitas species inferiores atque inferioris secundum proportionem perfectionis essentialis; neque enim, refert si dicas deveniendum tamen esse ad unam infinitam naturam, scilicet, ad materiam primam, quia neque hoc probari potest et quamvis probaretur non statim probatum esset intermedias species inter quaecumque signata et materiam primam non esse numero infinitas, quia quamvis in exemplo quantitatibus deveniri possit ad punctum, non probaretur inter quaecumque partem quantitatibus signata et numerum non esse partes infinitas proportionales se excidentes. Secundum probatur quia sicut infinitum obiectum non necesse est amari infinito modo, ita neque intelligi infinita perfectione visionis, et consequenter infinita species obiecta non necesse est intelligi actione habente infinitum perfectionem, sed quod sicut infinitum finite per-

cipitur. Ita plura uno modo percipiuntur eoque finito, atque ita existimatur, per finitam visionem in essentiali perfectione posse cognosci omnia possibilia, tertium probatur quia, ut diximus, infinitae species inferioris ordinis superantur in perfectione essentiali: ab unica tantum specie superioris ordinis, ergo omnes tales species intelligi possunt contineri eminenter et virtute in via illa specie superioris ordinis, ergo intelligi posset natura finita posse producere infinitos effectus.

Sed obiectio haec via irragi argumentum ad probandum infinitatem Dei ex eo quod quocumque effectu dato possit producere perfectorem atque infinitos effectus syntagmatice, quia quamvis probetur quod unum producibile debet reueniri ad unum, quod non possit producere et quamvis probetur quod producibilia sint infinita et producibilia ab illo uno quod produci non possit, inde tamen cum colligitur infinitas primae causae, quia respondetiamus per virtutem improductam infinitam tamen posse producere unius illius effectus producibilis, quia operes illi sunt inferioris ordinis. scilicet ordinis producibilium, atque ita virtute possunt contineri in natura quadam superioris ordinis sed finita.

Respondetur [19v] quod infinitus effectus contineri in virtute secundae causae non arguit infinitatem naturae et perfectionis in tali causa, sicut arguit in prima causa, ratio est quia secunda non facit illos effectus se sola, sed adiuta a conursu Dei. a quo essentialiter dependet etiam in operando, et cum iste concursus sit varius pro varietate effectus et superior pro excellencia effectus, non requiritur maior atque major excellencia in causa secunda, sed in prima, nam sicut intellectus noster, quamvis in illo genere entitatis sit infinitus entitative, facile a nobis percipitur quantum possit adiutus per varias imagines perfectiores atque perfectiores elicere infinitas intellctiones differentes specie. ita intelligi facile potest quemodo natura perfectissimae finitae admixanda a vario concursu divino conficeat eminenter infinitos effectus essentialiter subordinatos et diversos. quia huc nihil aliud est quam quid alieui naturae debetur concursus ad infinitos effectus propter eminentiam naturas quam habet ad omnes illos effectus, ergo nihil prohibet intelligere possibilem esse aliquam naturam, cui ex eo quid est superioris ordinis, debetur concursus ad omnes effectus inferioris ordinis, respectu quoniam habet esse superioris. quia operari sequitur esse, at vero prima causa, cum se sola possit facere quemcumque effectum proximum, requirit infinitam virtutem, quia quamvis ad representationem non requiratur in repre-

sente maior aut aequalis perfectio cum repraesentato, nam per speciem intelligibilem, quae est accidentis, repraesentatur substantia etiam immaterialis, tamen ad efficiendum propria virtute requiritur in procedente maior aut aequalis perfectio: nam sicut seipsum nihil potest perficere ultra propriam virtutem, ita neque potest perficere alia supra vires suas, ratio differentiae est quia repraesentatum nihil accipit a repraesentante, sicut accipit effectus a causa.

3^a dicendum est, quamvis Medina hoc loco afferat nonnulla testimonia ad probandum ex conciliis sententiis Iosonis de Ripa haereticum esse, tamen plura ex illis non habent vim contra hanc sententiam, si aerol explicatur hoc modo, quod est duplex beatitudine in beatis, altera increata per communicationem illapsus, altera creatâ per operationem propriam, de qua secunda intelligi posset [20r.] Clementina ad numerum de haereticis, universale definitur requiri lucrum gloriae ad beatitudinem; similiter quod habetur in Concilio Basiliensi, sessione 22. dici non posse animam Christi infinite videre Deum; proacipue ergo probari potest hanc sententiam erroneam esse quod de farto homines sint beati visione increata Dei ex Concilio Constantiensi 6. actione 4 in epistola Agatonis Papae ubi ab illia verbis veritatis praedicator prudentissimus Aug[ustinus] etc., multa sunt in longa illa epistola, quae faciunt contra hanc sententiam, ubi non tantum definitur duplacen esse operationem in Christo sed etiam definitur non posse communicari operationem naturae divinae. Ita ut sit operatio naturae humanae vel e contra; hoc enim, inquit Agatus Papa, est impossibile et contra ordinem naturae quod una sit operatio duarum naturam aut quod natura sit sine propria operatione.

Ultimo dicendum est ratione naturali probari quod sit impossibile creaturam videre Deum per eandem visionem inherentem, qua Deus videt seipsum, hoc autem ex qualibet capitibus probari posset: primo quia visio, qua Deus se videt, non potest esse visio hominis, quia est actio vitialis atque adeo potens esse efficienter ab ipso vidente, visio autem increata Dei non potest effici ab homine, secundo quia visio Dei non posset esse in extraneo subjecto: tertio quia visio debet inhaerere agenti, hoc enim appellamus videre neque enim ego dici possum videre per visionem, quae est in altero, ergo visio Dei debet tantum inesse in ipso Deo et ut per illam diceretur videre homo, deberet esse subjectiva in ipso homine; quarto quia si visio Dei, quin sit efficienter ab homine, posset esse beatitudo hominis per uniuersum

inmediatam et illapsum, sequeretur etiam lapidem posse esse beatum visione ipsa increata Dei simili etiam intercedente illapsu, sed quia de his quatuor capitibus agendum est per quatuor questiones in sequentibus articulis nihil modo probandum est neque ad argumenta respondendum.

Primitur 2^a utrum beatitudo consistat in illapsu essentiae divinae essentiae beatorum?

In qua re supponendum est illapsum istum essentiae divinae⁴² [20v] possibilem prius mundi, quem explicabimus dicto sequenti per immediatam quamdam unionem. Secundo modo per causationem aliius effectus in essentia anime quia cum Deus sit praesens ubi operator, illabi alitui rei est operari aliquem effectum, qui quidem illapsus essentiae divinae etiam de facto contingit in beatitudine, quia supposita sententia D[icitur] Th[omus] quod gratia est in essentia animae, cum illa debet augeri et consummari in beatitudine etiam antequam intelligamos Deum videri et Deum ipsum amari. necesse est Deum illabi essentiae anime, quando perfectius illam facit consortem divinae naturae, si enim caritas nunquam excedit, sed perficitur in patria, ergo similiter gratia per quam participatur esse divinum, sed gratia illa quando augetur in patria requirit aliquid novum reale, ergo per productionem illius Deus fit intimus praesens atque ita magis illabitur non quidem per intensiorem illapsus, sed per quadam extensionem, quia, scilicet, eius efficientia extenditur ad novum effectum, quod enim, quicquid aliqui dicam, satis sit hoc augmentum⁴³ gratiae ut dicatur Deus vere illabi probatur, quia quemadmodum Deus, quamvis per conservationem voluntatis illapsus erat voluntati, dicitur illabi quando donat charitatem, similiter quamvis Deus illapsos intelligatur per conservationem gratiae, intelligi potest talis illapsus vere⁴⁴ extendi per productionem augmenti gratiae, perinde ac si novum affectum produceret; quod enim quidam dicunt Deum illabi essentiae anime in beatitudine ex en quid faciat gratiam ipsam securam, et inaccessibilem satia non est, quia securitas et inaccessibilitas ut sic nihil

42 Una raya separa la linea anterior del siguiente texto escrito por otra mano: cuicunque convenit actio debet principium illius actionis convenire ei (galabria ilegible) erat. Sed si illo convenit actu currenti, principium illius debet convenire, ergo (ilegible).

43 ms. "augmentum".

44 Tachada la palabra "intellige".

ponunt reale in gratia, sed tantum requirunt conservationem perpetuam agentis extrinsecan, illatus autem dicit praesentiam per effectum causatum realiter.

Quod si obicias D. Tho. 1 p. q. 46 a. 4 ubi dicit quod de ratione missionis est, ut qui mittitur incipiat esse ubi prius non erat vel incipiat esse novo modo ubi prius erat, at quando augetur gratia neutrum istorum reputatur, ut possit dici Deus illabi, respondetur quod ipsem D. Tho. ad 2m. dicit, quod secundum augmentum gratiae dicitur [22r.] fieri missio invisibilis, praesertim quod non necesse est quod requiritur ad missionem requiri ad illapsum, quia missio sub hoc nomine magis videtur requiri praesentiam de novo vius qui mittitur quam illapsum; quae vox tantum requirit ut quod illabitur fiat intimius praesens, quamvis non de novo fuit praesens.

Hoc supposito dicendum est Henr[ic]um incremento reici ab Scoto in 4 d. 49 q. 2 et Soto ibidem q. 1 a. 3 et Med[ita] huc Inco 1 q. 2 falso dicunt non esse possibilem illapsum Dei essentiae animae, nisi causante Deo aliquem effectum vel donum in illa; constat, enim, quod Persona divina illapsa fuit naturae humanae sine aliqua mutatione Del et quin causaret aliquem effectum ratione cuius diceretur illabi, sed tantum natura humana de novo pendente a Persona divina per unionem hypostaticam factus est talis illapsus, ergo similiter posset Deus immediate uniri essentiae animae alio genere immediatae unionis distinctae ab unione hypostatica, nam de facto in Eucharistia divinitas est praesens speciebus consecratis alio genere unionis, quam per essentiam, praesentiam et potentiam, non quia essentia non sit praesens, sed quia aliter est praesens quam sit in omnibus rebus, in quibus est per essentiam, praesentiam et potentiam, et tamen divinitas est in Eucharistia et non causato aliquo medio effectu, cuius pruductio sit fundamentum talis praesentiae. Nec enim refert si dicat divinitatem esse per concubitantiam, quia optime posset intelligi conseruari talis praesentia de potentia Del absoluta, quoniam conservatur praesentia corporis Christi praeseruum quod ex vi sacramenti posset fieri divinitatem immediate uniri sacramentalibus speciebus, si verba consecrationis essent haec Hic est Deus.

Sed obicias: sequitur ergo aliquid posse converti in naturam divinam, quod est contra D. Tho. 3 p. q. 2 a. 1 Probatur quia si natura divina potest immediate uniri alieni rei, ergo potest ex vi talis univis et praesentiae dicere incompossibilitatem cum ⁴⁵ altera re, quae prius

⁴⁵ Tachadura.

esset unita eidem; tertio (sic) ergo sicut de facto convertitur panis in corpus Christi, ita posset converti in naturam divinam; quod autem natura posset intelligi incompossibilis alteri naturae in ordine ad aliquam tertiam probatur, quia hypostasis divina intelligitur incompossibilis cum supposito proprio naturae humanae ita ut praesentia hypostasis divinae expelleret propriam hypostasim si illam inveniret, ergo etiam natura divina posset expellere naturam creatam ab aliquo; tertio ergo vel impossibilis est intermediatus illapsus essentiae divinae vel possibile⁴⁶ est aliquid converti in Deum; sed respondetur primo quod Thos. eo loco [21c.] de alia conversione loquitur, quac. scilicet, requirit generationem rei, in qua tamen fit conversione; inquit enim, non potuisse humanam naturam converti in naturam divinam quia est ingenerabilis; argumentum autem tamen probare potest de conversione in ordine ad aliquod tertium quod non requirit generationem, sicut conversio panis in corpus Christi non requirit generationem corporis Christi, sed adhuc nec hoc genere conversionis potest aliquid converti in naturam divinam, quia incompossibilitas cum natura expellenda non potest prouenire formuliter et immediate a natura divina, quia cum natura divina non possit aliquid acquirere in seipsa, non potest ipsa fieri de novo incompossibilis ratione sui, si har incompossibilitas debet esse ex altero extrinseco univni, cum quo unita natura divina, et ita viderimus in Incarnatione quod incompossibilitas suppositi proprii humanitatis non provenit ex eo quod suppositum divinum aliter se habeat per Incarnationem, cum non mutetur, sed quia humanitas ipsa aliter se habet et dependet a Verbo dependentia repugnante cum supposito proprio, quia cum Incarnatio sit realis actio atque a deo illebeat producere aliquid reale et non in Verbo quod mutari non potest, debet aliquid reale producere in humanitate repugnans cum supposito. Secunda causa quare male reprehensus Henricus est, quia comprehenditur quasi dixisset beatitudinem consistere in illapsu sine productione alicuius effectus et sic Med[inal] vocat opinionem Henrici impossibilem et temerariam, cum tamen Henricus possuerit duplificem beatitudinem, alteram in creatam, quam dixit fieri per illapsum et praesentiam Dei causantis in essentia animae gratiam consummatam, alteram vero posuit creatam in potentias et eorum operationibus atque ita frustra Med[inal] adducit contra Henricum Concilium Florentinum et Clementinum ad numerum de hauriticis et Extravagantibus Benedicti II, quem refert Castro verbo beatudo ha-

resi G. ubi definit Pontifex visione ei: fruptione Dei animas esse beatas et habere vitam aeternam. quia Henricus non negat hanc beatitudinem formalem in potentiss. appellavit. enim. primam beatitudinem uncertainam. quia per illam Deus est realiter praesens in essentia animae et ita Deum ipsum increatum appellat beatitudinem animae. at vero secundam quia est sita in operatione per quam Deus non est realiter praesens potentiss sed obiective. non intrinsecè sed extrinsecè. non immediate sed mediante cognitione. et ita quod habeat hominem hac secunda beatitudine aliquam creaturam est. quia quamvis etiam Deus sit realiter praesens per operationem in potentiss [22r.] in quantum causat etiam efficienter tales operationes perinde atque causal gratiam in essentia animae. tamen haec praesentia habet se per accidens ad secundam beatitudinem; quia praesentia. quae per se requiritur ad hanc beatitudinem. tantum est obiectiva. quia si per impossibile Deus non existerei realiter et per consequens non causaret efficienter operationem potentiarum. tamen si per impossibile intelligeretur conservari visionem Dei iam non existentis. conservaretur secunda beatitudo cum praesentia tantum obiectiva Dei et de hac praesentia tantum loquitur Henricus. cum dicit esse imperfectiorem illapsu et praesentia Dei in essentia unimae. patet hoc ex Henr[ico] Quodlibet 13 q. 18 et Quodlibet 6 q. si ubi aperie dicit Deum beatificantem prius illabi potentiss. concomitantem autem substantiae. observavit Diony[sius] Carthu[sianus] in 4 il. 49 pro Henr[ico] contra Scotum.

Ultimo dicendum est licet intelligatur posseibilis illapsus. quem diximus. neque ille faceret unionem essentiali. quamvis faceret unionem essentiarum. sed unionem accidentalem; quia sicut non qualibet unio Personae divinae est personalis. nisi tantum quando Persona divina fit persona naturae creature. sed neque. enim. Deus personaliter unitus omnibus rebus. quamvis Personae divinae sint praesentes omnibus rebus. ita non qualibet unio naturae divinae per supra dictum illapsum. tmo vero nulla potentia esset essentialis. quia non sicut Persona divina potest esse persona alterius naturae. ita natura divina potest esse natura alicuius rei. vel pars essentialis illius. ut infra dicetur; neque etiam in tali illapsu posset consistere beatitudo. quia. ut dubiu sequenti dicemus. debet consistere beatitudo in operatione.

Dubitatur 3 utrum beatitudo necessario consistat in operatione.

Ratio dubitandi est: quia beatitudo non potest consistere in operatione. prout operatio dicit fieri ipsius termini operationis. quia sicut

perfectio calcificationis non in via, sed in termino et actu ultimo consistit, scilicet in calcre. ita perfectio beati non in via ad verbum mentis sed in ipso verbo mentis quo videtur Deus, ergo beatitudo, quae est summum bonum, in habenda re perfectissima patientia est, non habita consideratione fieri ipsius rei perfectissimae. et habitus supernaturales perfectiores sunt actionibus supernaturilibus, quia cum differentant species non possunt esse aequalis perfectionis, species autem sunt sicut nomen subordinatae et ex consequenti, cum non sint. [22v.] Imperfectiones attributis, quia non essent propria causa illorum sed instrumentalis, sequitur esse perfectiores; secundo quia, si beatitudo non consistit in unione reali cum Deo sed in unione obiectiva, id est, in operatione, sequitur quod per unicam beatitudinem possent esse beati infiniti homines, nam si homo beatus est videndo Deum, ergo qui videtur visionem ultius beati etiam esset beatus, ut concedat Med[ieval] a. 1 in solutione tertii inconvenientis. ergo rursus qui videret illam visionem esset beatus et sic in infiditum; tertio quia nobilior est essentia quam potentia, ergo homo beator est per essentiae perfectionem quam per potentiae perfectionem, ergo beatitudo magis consistit in duno perficiente essentiam quam in operatione perficiente potentiam; quarto quia non videtur cur per unionem hypostaticam non possit homo beari, quia, si per visionem Dei beatit ex eo quod sit similitus Deo, ergo nullo modo ex eo quod sit ipse Deus. nam si diuina talem unionem non esse beatitudinem, cuius capaces sint etiam irrationalis creature, quae tamen teste Aug[ustino] Lib. 83 questionum q. 5, imo Aristotelej 1 lib. Ethic. ad Eudemoni incapaces sunt beatitudines; contra quia etiam in operatione ponatur beatitudo idem sequitur inconvenientis, quia potest de potentia absoluta creatura irrationalis sine intellectu intelligere sicut posset homo sine illa secundum eamdem absolutem potentiam; tandem quia, si beatitudo ita operatione consistit, ergo similitudo actualis Dei, id est, verbum mentis representans actu Deum, si poneatur in hec ita ut non fieret a beato efficienter, sequeretur quod per illud non beatificaretur, quia iam non esset operatio hominis, quod tamen est absurdum, quia nequit esse forma sine suo formalis effectu, sicut autem effectus formalis albedinis est facere album ita ut impossibile sit subiectum per illam non perfici, ita effectus formalis verbi mentis actu representantis Deum est beatificare intellectum, in quo fit; et sequeretur etiam quod si verbum unius hecat poneatur in altero non esset beatus ille alter per illud, quia non produxisset illud per operationem, esse autem illud

alterum capacem sic talis verbi patet quia omnia individua unius speciei possunt esse in quolibet individuo proprii subiecti, quod respicit tales species, sicut de potentia absoluta qualibet potest esse in quolibet corpore, ergo quodlibet verbum in quolibet intellectu, ergo beatitudo non consistit in operatione verbi sed in receptione illius, ergo si in receptione talis entitatis consistit beatitudo, cur etiam non poterit consistere in receptione alterius entitatis perfectionis, scilicet, aliquinis habitus supernaturalis vel in illapau essentiae divinae.

In hac re Bonaventura in 4 d. 49 prima parte distinctionis q. 1 ad ultimum sentit beatitudinem consistere in actu et in habitu, quasi dicat in scientia considerante, principaliter tamen inquit in habitu; movere potuit Bonaventuram quod habitus sit perfectior actu sicut in contrarium sententiam movere (23r.) Ricard[us] d. cit. a. 1 q. 4 quod beatitudo sit in actu, quia est perfectior habitu, quam sententiam Ricard[us] et eius fundamentum approbavit Sotus eadem d. q. 1 a. 2 et Med[ina] huc loco, qui multis rationibus⁴⁷ esse perfectiorem quam (sic).

Dico tamen 1.^o in hac re fundementum hoc de maiori vel minori perfectione esse impertinens ad rationem beatitudinis, ut infra patet, sed adhuc falsum est fundementum quod actus sit perfectior habitu: eo quod videamus totam naturam habitus ordinari ad actum, nunquam autem quod perfectio est ordinatur omnino in imperfectius, nam non est totalis ipse actus, sed etiam ipsum subiectum quod habet talem actum per quem perficitur, vel si sint habitus supernaturales interdi potest a Deo aliis finis aliorum quam sit immediatus actus qui fit totali habitu, neque obstat quod docet Aristoteles lib. 1 Ethico, ad Eudemum in principio ubi inquit opus habitu praestare, finis enim qua finis usque excellentissimus quando supra etc. et infra inquit: patet igitur opus habitum dispositionemque excedere, quia Aristoteles revera non inquit de dignitate entitativa habitus et actus, sed tantum docet meliorem dispositionem esse subiecti, quando est in opere quam quando est in habitu et ita felicitatem in actu ultimo, consistere, quia subdit in his, in quibus usus non distinguuntur ab opere, sed opus in usu consistit, usus praestat habitum ut in visione, secus tamen, inquit, in aedificante, quasi dicit melius est videre quam cessare a visione, sed nullius est cessare ab aedificatione, quam aedificare, quia transacta visione nihil manet, tamen transacta aedificatio-

⁴⁷ Espacio en blanco.

ne, manet aedificium, praesertim quod Aristoteles latum potuit loqui de habitibus naturalibus, qui non dantur ad substantiam operis sicut supernaturales: ratio ergo quare habitus sit perfectior actu saltem in supernaturis est quia per illos fit homo propria causa ipse sus natus, nam per charitatem fit homo potens diligere Deum supernaturaliter et per lumen gloriae fit potens videre Deum clare, aliququin si ex eo quod causa ordinatur ad effectum deberet esse imperfectior nulla causa aequivoca esset perfectior suo effectu, atque ita cum esset imperfectior deberet esse instrumentum: unde intellectus non esset propria causa intellectio⁴³.

Sed dices, si lumen gloriae ex eo dicitur perfectius visione quia oportet hominem esse propriam causa visionis. acquiratur quod intellectus non esset instrumentum ad videndum, vel si est instrumentum, male infertur lumen gloriae esse perfectius visione beatifica; alioquin visus posset quia intellectus beati per lumen gloriae fit proprius causa visus, quia si aqua calida est propria causa efficiens caloris sicut ignis quamvis agat per formam non tantum sibi non debitan sed viuentiam, quanto magis intellectus per lumen gloriae erit propria causa visionis beatiae, quamvis lumen gloriae [23v.] non sit debitum intellectui naturaliter; sed dicendum est intellectum esse instrumentum in viazione Dei; ratiō est quia elevatur a lumine atque ita concursus qui datur intellectui ad videndum Deum per lumen gloriae non est debitus intellectui aqua, enim, ita calefacit per calorū ut non elevetur a calore, quia praeter concursum qui datur calori ad caleficendum non datur aliis concursus aguae ut agat per calorem, tandem in visione beata praeter concursum qui datur letomi gloriae, datur etiam alias intellectui actives concurrentes, quia visus est vitalis accio et cum intellectu non debatur talis concursus secundum suam naturam sociali neque donatio luminis. occurre est intellectum elevati⁴⁴, et per consequēns esse instrumentum quia ut infra dicemus hoc etiam quod est intellectum beati concurrere ad visionem Dei secundum rationem genericam, quatenus intellectio est, non debetur naturae intellectus quia hoc ipsum quod est pūnere hanc rationem genericam in visione supernaturali est supra rationem et naturam intellectus; ratio ergo instrumenti haec semper est concurrere ad effectum etiam ignobiliorum vel nubiliorum concursu-

⁴³ Al margen texto ilegible.

⁴⁴ Al margen texto ilegible.

sibi non debito, et quia lumini gloriae debetur secundum illius naturam esse in intellectu et producere effectum visionis non habet rationem instrumenti sed proprieae causae; et quia quando duo homines portant lapidem tanquam causam partiales, quem neuler posset solus portare, utrumque elevatur ad producentium effectum maiorem quam solus posset secundum, fit necessario ut secundum hanc rationem illa etiam partialis causa dicatur etiam instrumentum, quia talis effectus superior est alterum agente et talis coniunctio ad producendum talem effectum non est debita illis, quia non sicut lumen gloriae petit naturaliter operari cum intellectu, ita etiam unus homo petit ab altero adiuvari sed casualis est talis coniunctio; respondetur ergo ad obiectum quod officiosus colligitur lumen gloriae debere esse propriam causam visionis ex eo quid intellectus est instrumentum quam si non esset instrumentum, quia si intellectus instrumentum est debet elevari a propria causa secunda et cum tantum a prima causa universalis ut operatio supernaturalis ratione luminis gloriae fiat communicalis intellectui beati, sicut causa naturalibus indidit Deus formas et virtutes, per quas agentiu ipsa sint proprieae causae ad effectum naturalem.

Dicu 2^a beatitudine in operatione consistit; est expressa Aristoteles multis in locis. 1 Ethico c. 7 et 8 ubi ait, interesse multum ponere beatitudinem in actu vel habitu; contingit enim habitum existentem nihil boni efficiere ut in dormiente vel otioso; in olympiacis, enim, certaminibus [24r] non coronantur fortissimi, sed ii qui decerant; Item 1 Ethico c. 8 ubi post alia inquit, in actu esse beatitudinem quia in infortunatis manet etiam habitus, idem dixerat. 1 Ethico c. 5 10 et 13 et libr. 2. Magnitudine moralium inquit felicitas actus est non habitus, ergo non potest hoc secundum Bonaventuram] quod est in actu et habitu, quia aliquin potuisse Aristoteles dicere non esse in actu sec in habitu, quasi ex eo quod est in utroque secundum Bonaventuram] potuisse Aristoteles dicere non esse in habitu, sed in actu; similiter potuisse dicere non esse in actu, sed in habitu; igitur Aristoteles 2 ad Eudemum in principiis et 10 Ethico c. 7 et 12 Metaph. c. 6. Secundo probatur ex Extravagant: Benedicti citata ubi in visione et fratre definitur esse beatitudine; idem etiam constabit infra ex sanctis citandis et ex aliis super illa verba, haec est vita aeterna ut cognoscant te etc. Iohann. 17. sed rationem reddere difficultatum est, quanvis conclusio sit certissima, ut diximus; quia ratio, quam communiter dicimus, quod scilicet beatitudo est summum bonum atque ita debet consistere in operatione, quae est ultima perfectio rei,

non videtur efficax; quia unde constat quod ultima perfectio eo ipso debet esse summa beatitudine: quia potest esse ultimum via generationis, non autem dignitate perfectionis, aliquid probatur quod beatitudo debet esse in actu amoris. quia atque posterior est visione, ita vero in delectatione, quae posterior amore, quare ut hanc rationem habeat debet inniti ratione, qua usui sumus infra ad probandum beatitudinem consistere in actu intellectus, quia scilicet beatitudo debet esse assecutio summi boni, tum potest autem aliquid esse assecutio, nisi sit operatio; quia actio intellectus est similitudo summum bonum et ideo est assecutio illius; quia per nihil aliud potest unum fieri alterum nisi per assecutionem per viam similitudinis, non quidem similitudinis in esso rei sed virtualis; neque, unum, itago Caesaris fit Caesar, quia est similis Caesari, quia eodem modo Caesar est similis suae imagini et possit dici fieri sua imago, quia cum utrumque extremum habeat accidentis similia in esse naturee, non est [24v.] cui aliter imago Caesar: quam Caesar suae imagini similis dicitur; neque vero per communem aliquam unum extremum fit alterum magis quam e contrario; per solam ergo operationem intellectus potest fieri assecutio vitalis summi boni et beatificans; quia per illum tantum intellectus fit ipsum intelligibile alio modo, quo ipsum intelligibile non fit intellectus; quia intellectus per verbum mentis fit ipsum obiectum intelligibile; ita ut producendo verbuni, non fiat ipsum verbum, sed res intellecta per verbum: in hac vero vitali unione operationis potest tantum esse beatitudo.

Sed sunt etiam rationes a posteriori, tum quia si in habitu posset esse beatitudo dormiens et acto habens plures calatojates, ita Deus ipse se non intelligens posset esse beatus. ita si in unione aliqua per modum habitus posset esse beatitudo creaturae irrationalis non tantum per uniuersum hypostaticam, sed etiam de facto per unionem, quam habent cum Deo ratione praesentiae, quia Deus est in illis, beatificari possent, ergo ea solum de causa beatificari non possunt; quia carent assecutione summi boni, quae est cognitio.

Ad argumenta responderemus: ad primum galet et dictis; ad secundum respondetur falso. Medipom dixisse luminem beatificari posse ex eo quod cognosceret verbum alterius beati: quia revera cognitio verbi, quod est in altero beato, non includit cognitionem essentialis divinitatis, quae representatur per tale verbum; quia res representata per verbum quando verbum non cognoscitur: ut quo est obiectum, sed quando verbum cognoscitur, ut quod res ipsa representata est terminus non

objectionem; optime autem potest cognosci res absolute sine suo termino, ut patet in omnipotencia Dei, quam cum beatus videt sicut est non tantum videt omnipotentiam quondam in communione sed videt omnes potentias ad omnes species possibilium; quia non tantum videt Deum esse omnipotentem, sed potentem facere leonem et equum etc. et tamen non necesse est videat leonem et equum; patet primum quia sicut Deus formaliter est omnipotens, ita est formaliter potesta facere leonem et equum, ergo si ex eo quod Deus videtur sicut est, videtur omnipotens, ita ex eo quod videtur sicut est, videtur potesta facere leonem; [25t.] secundum patet, quia si ut videtur potentia, quae est in Deo formaliter ad faciendum leonem, requiraretur cognitio distincta leonis, sequeatur quemlibet beatum videri omnium possibilium, neque alitez posse hominem videre Deum: sicut est et omnes potentias quae sunt in Deo formaliter, nisi videndum omnia possibilia fieri per tales potentias, ergo si istae potentiae omnes videntur possunt sine suis terminis sequitur quod verbum beati cognoscari possit ut quod sine cognitione essentiae, ad quam referitur; secundo quia beatus videt verbum Dei quod ex sua natura est imago actualis omnium rerum, quin videat omnes illas res, ergo potest videri verbum mentis, quod est in beato, quin videatur essentia Dei, cuius est materialis similitudo; nam sicuti possunt cognosci res per verbum, quin cognoscatur verbum, ita potest cognoscari verbum, quod est imago rei, sine cognitione rei, alioquin beatus his videtur divinam essentiam in beatitudine primo enim videt illam per verbum ut quod, antequam cognoscatur verbum mentis ut quod, secundum quando videt verbum suum ut quod, deberet cognoscere cursus essentiam diximam ex vi aliis cognitiones reflexas; quia cognoscit verbum suum ut quod; verum quidem quod ad videntium verbum mentis beatus indiget intellectus elevatione.

Sed dices verbum mentis beati non potest inhaerere subiecto quin sit imago actualis et quin per tale verbum intellectus feratur in rem ut in obiectum, ergo non potest verbum quidditative cognosci, quin cognoscatur obiectum ipsa nihil aliud cognoscitur quam quod inhaeret, ergo si subiectum per inhaerentiam verbis fertur in rem ut in obiectum, necessario ergo intellectus cognoscens inhaerentiam necesse est feratur in obiectum talis verbi. Respondeatur effectum formaliter verbi non esse representare rem, quia si per impossibile verbum mentis existaret sive subiecto cum omni sua entitate et vitalitate procul dubio esset imago actualiter representans subiectum, sed effectus formalis mentalis verbi est, sicut in aliis formis, scilicet subiec-

tum cum illu contingit; dicimus ergo quod hoc ipsum quod est representare in verbo mentis nihil est aliud quam ipsum verbum mentis, et ita tam absolutum est quam ipsum verbum mentis et ita potest intelligi sine re; quia sicut verbum mentis inhaerent subiecto, etiam si res ipsa representata non inhaerent, ita potest intelligi verbum mentis, quamvis res ipsa [25v.] representata non intelligatur sicut contra potest intelligi res ipsa representata sine intellectione verbi; quis, quales verbum intelligitur ut quod, et similiter res, sive duo obiecta, ergo necesse est actionem intellectus diversa unitate partiali referri ad rem representatam ut obiectum quod, ergo istae entitatis partiales non pendunt a se invicem. formaliter ut representent haec obiecta per se. Ad tertium respondet quod, hacten essentia sit perfectior quam potentia, non est beatificabilis per assecutionem sicut potentia ut patet ex dictis. Ad quartum partim responsum est ex dictis, partim vero postulat sicut ex quinque argumentum certam quaestiois sequentia.

Dubitatur 4: utrum beatitudin de facto efficienter fiat ab intellectu beati.

Quia quamvis dictum fuerit beatitudinem consistere in operatione, quia illa tantum est proprie assecutio summi boni et vitalis assecutio, tamen cum hoc quid est esse assecutionem non habeat beatitudine prout depetit ab efficiente sed formaliter et intrinsece hoc habet in se ipsa beatitudine per terminum.⁵⁰ id est ipsum verbum mentis. dubitatur utrum de facto hoc verbum mentis efficienter fiat ab intellectu creando. Omissis nonnullis quea pertinent ad primam partem quaestiois dicendum est breviter defendi non posse sententia Gcfredi (sic) Quondlibet 6 q. 7. Ocham in 10 d. I p. 1 conclusione 2, Marsilius in 3 q. 10 opinione 4. Gab[rielis] in 10 d. 2 q. 3 a. 2, Palu[dani] in 4 d. 44 q. 7 a. ultimo et d. 49 q. 2 a. 2. Rucar[di] in 4 d. 44 a. q. 1, Gai[tielis] ibidem q. 2. a. 3. dub. 2, Dur[andi] in 3 d. 14 q. 1 assecutionem intellectum beati possive tantum concurrere ad visionem Dei, solo Deo faciente visionem; potissima ratio illorum est quia si intellectus beati concurreret efficienter, ergo melior intellectus qualis est angelicus, inclius videtur Deum caeleris paribus ex parte huminis, quod est absurdum, quis aequalibus existentibus meritis in via maiori praemium sciperet qui habet meliorem intellectum etiam

⁵⁰ Lectura JUDOSA.

⁵¹ ma. malos.

si acciperebat aequale lumen, quando quidem ille lumine melius ute-
retur.

Sed hanc sententia est contra plures Scholasticos in 4 d. 49, in
quantum asserunt beatitudinem consistere in operatione, nihil distin-
guentes de termino aut de via ad terminum, sed specialiter id docet
Maior distinctione 49 q. 9 et 10, Sotus q. 2 a. 3. Med[ina] hoc loco
a. 2 et quamvis ex [20r.] lecis quae affect Med[ina] non colligatur esse
contra fidem, quia quid definitur de lumine gloriae requisito ab bea-
titudinem non necesse est intelligatur tanquam de requisito ad facien-
dam visionem sed disponendum, neque Concilium Tridentini (sic)
sessione 6 canonie 4 facit contra supra dictam sententiam; nam,
quamvis dicat Concilium concurrere nos efficienter ad nostram justifi-
cationem, non sequitur idem dicendum esse de nostra beatitudine.
Quacum habeat rationem praemii posset dici esse a solo praeminentie,
quamvis justificatio debeat esse ab humine iusto praesertim adhuc ex
illo loco Concilii non inferitur concurrere nos efficienter ad gratiam
iustificantem, sed quod concordamus efficienter ad dispositiones gra-
tiae iustificantis, et ita non colligitur quod debeamus concurrere effi-
cienter ad nostram beatitudinem sed ad dispositiones illius; ratio ergo
contra istam sententiam est quia cum verum sit quod definit Concilium
loco citato: voluntatem nostram efficienter concurrere ad ius-
tificationem, sequitur quod sicut voluntas elevatur a Deo in via ad
eliciendos actus supernaturales, ita cum beatitudo consistat in visione
supernaturali Dei multa rationabilius elevabitur intellectus ad eli-
ciendam illam visionem in patria. quis non magis amor natura sua
pendet a voluntate quam intellectio ab intellectu neque hinc sequitur
aliquid contra aeternitatem beatitudinis, quia neque intellectus po-
test cessare a visione Dei, ut infra dicemus q. 4, et quamvis posset
Deus etiam posset perpetuare talum actum.

Neque hinc sequitur quod absolute dicendum sit homo se beatifi-
ficare sicut neque sequitur ex eo quod homo concurrat ad eam ius-
tificationem efficienter dici posse simpliciter homo se justificat, quamvis
in suo genere posset dici, inquit Med[ina] non improprie, quod homo
se beatificat et justificat, neque inde sequeretur quod homo suis vi-
ribus aut tanquam principale agens significaretur se beatificate aut
iustificate, unde 1 Joan. 3 dicitur omnis qui habet haec spem san-
tificaese.

2° dicendum est in via nunguando pervenire hominem ad tantam
perfectiorem charitatis, ut in actibus, quos habet circa Deum, mere-

passive se habeat quia ex perfectione aiporis sua sequitur quod inesse
 passive se habeat homo ad illum, nam si in potere efficienter homo
 emerit ad hos actus, quanto magis in via essetque contra Concilium
 Tridentinum loco citato ubi, cum dicamus nos concurrere ad nostram
 justificationem efficienter, dicimus etiam eu ipso concurrere efficienter
 ad augmentum iustificationis, ergo, cum per illum actus amoris
 excellentissimos excellentissime augeatur sanctificatio necessarium
 est illum a nobis etiam fieri efficienter [26] quia sine hac efficientia
 non potest salvari ceteri meriti ut palet ex eodem Concilio in multis
 locis sessionis citatae. quando ergo nūnulli viri spirituales dicunt
 humilitem co perfectionis venire⁵¹ aliquando, ut in amando Deum pas-
 sive se habeant, non est ita stricte intelligendum, quasi nihil ipsi effi-
 cant, sed quod ita est expeditus et facilis talis homo ad amandum
 Deum, ut amet illum sine conatu et fatigione perinde atque si tan-
 tum passive se habaret; longior autem de conatu non ipsius voluntatis
 amantis, hic, etiam, eo maior est quo amore vehementius⁵², sed
 de conatu voluntatis querentis media et rationes ad amandum Deum.

Pro solutione argumenti notandum est 1^a esse differentiam inter
 intellectum credentem per habitum fidei et scientiam per habitum
 scientiae ex una parte et inter intellectum videntem Deum per lumen
 gloriae ex altera parte; nam habitus fidei non concurret ad habitum
 ipsam et apprehensionem extenorum principii, sed ad assensum
 verum, tamen quia omnis assensus est veluti quedam apprehensio
 conformitatis extenorum et concurret habitus fidei ad apprehensionem
 illam: quia quantitas non omnis actus intellectus sit simplex
 apprehensio, tamen revera omnis actus intellectus est apprehensio, id
 est, perceptio aliquo adeo assimilatio; quia omnis actus intellectus,
 etiam quia est iudicium, est productivum verbum, atque adeo uniu-
 ginis⁵³ et similitudinis, ex quo fit quod ad ipsummentum assensum fidei
 et ad substantiam talis actus, cum sit productivus species expressae,
 necessaria sit etiam species impressa; similiter se habet habitus scien-
 tiae, nam actus illius et est ab ipso habitu et est etiam ab (sic) speciebus
 intelligibilibus: nam differentia quae jubarunt inter habitum
 scientiae et habitum fidelis divinae, quod habitus scientiae non concur-
 ret ad substantiam actus sicut habitus fidei divinae, sed tantum ad
 facilitatem, non significat aliter actum fidei divinae ab intellectu,

51 Palabra bercada.

52 Tachada la palabra "est".

53 Tachada la palabra "el".

ab speciebus intelligibiliis et ab ipso habitu fidei quam fiat actus scientiae; quia etiam fit a totidem principiis, scilicet ab intellectu, ab speciebus intelligibiliis et ab habitu scientiae, tantum ergo significatur quod, quia actus fidei, cum supernaturalis sit, petit, ut fiat connaturaliter quoad suam substantiam, fieri ab habitu fidei supernaturali, actus vero scientiae, ut connaturaliter fiat, non requirit habitum scientiae, sed ipsem intellectus est causa connaturalis ipsius actus atque ita habitus scientiae non datur ad producendam substantiam talis actus connaturaliter sed ad producendam faciliter⁵⁴, tamen si fingeremus debitum esse intellectui auxilium ad actum fidei eodem modo se haberet intellectus et species intelligibilis in ordine ad istum actum fidei, quo se habent in ordine ad actum scientiae; tantum ergo est differentia quod causatio actus fidei est supernaturalis et non debita intellectui, causatio vero actus scientiae debita est, tamen supposita causatione undem modo pendet actus fidei [27r.] ab illis tribus principiis aliquae actus scientiae; quia uterque fit totalis entitative et substantialiter a suis principiis, at vero habitus luminis gloriae non tantum concurrat ad apprehensionem iudicativam, sed ad apprehensionem simpliciter, si quae simpliciter apprehensio in visione beatifica fungi posset: ratio est aperta, quia intellectus noster ad omnem cognitionem Dei claram sive simplicem sive iudicativam indiget elevatione supernaturali.

2^a notandum est nullam posse inveniri differentiam inter hos tres habitus quoad difficultatem propositi argumenti, nam supposito quod statim probabimus non posse crescere visionem claram Dei, scilicet beatitudinem ex eo quod alterum principium, scilicet intellectus crescat aut perfectior sit, sequitur necessare non posse crescere actum fidei divinae neque actum scientiae, nisi habita proportione perfectionis trium illorum principiorum; nam scilicet actus fidei divinae fit ab intellectu, ab speciebus intelligibiliis et ab habitu supernaturali, ita actus beatitudinis fit ab intellectu et a Deo ut unito in ratione speciei intelligibili et a lumine gloriae, ergo si visio Dei non potest crescere, nisi crescat lumen et nisi crescat unio essentialis divinae cum intellectu per medium speciei intelligibilis, ita non potest crescere actus fidei divinae neque quoad intensitatem actus neque quoad extensio objectorum, nisi crescat intensio habitus fidei et species intelligibilis, et idem dico de actu scientiae.

⁵⁴ Tachada una "m" final.

Hic suppositis dicendum est non posse beatitudinem crescere neque intensive nec extensiva ex maiori intellectus perfectione, si lumen noti crescat; haec est maxime contra Caiet[anum] 3 p. q. 10 a. 4 sui processus immemorem, qui docuerat in 1 parte q. 14 a. 10 et q. 79 a. 2 intellectum passim concurrere ad intellectionem contra Scotum in 4 d. 50, q. 6, Maior in 4 d. 49 q. 10, Ockl[ard] in suis determinationibus q. 8 a. 1 ad 2m., Suppl[ementum] Gab[riel]i in 4 d. 49 q. 2 a. 3, assertives intellectum naturaliter perfectissimum videre Deum perfectus cum aquilis lumine, Henr[icus] Quodlibet 12 q. 6 dicit non posse videri Deum perfectius ex parte obiecti propter maiorem perfecti-
nem naturalem intellectus, sed ex parte potentiae posse expeditius,
sed horum sententias refutatur, non quidem quia se habet lumen
gloriae in vidente Deum sicut se habet calor in aqua calefaciente quia
ut diximus etiam intellectus concurrevit active suo partiali concursu;
unde male Scot[us] il. 49 q. 3 s. 2 ita responderet questioni, ita Med
[sina] hoc articulo 2 ad 5m., neque ratio est quia intellectus se habet
et instrumentum ad videndum Deum, actio autem non potest crescere
ex maiori perfectione solius instrumenti, quia aquilis existente arte
ex parte artificis perfectius existit opus ex perfectiori instrumento, ut
si serra scindat acutius: [27v.] ratio est ergo quia non stat duplii hoc
principio, alterum est quod intellectus et lumen gloriae concurrunt ad
effectum unum per se, alterum est quod effectus, qui est unum per se
procedens a duplii principio, non potest crescere nisi concursum utro-
que principio; probatum primum quia beatitudo non est unum per
accidens prout procedit a lumine et intellectu, nam si fingat super-
naturalitem esse modum quemdam in visione Dei prouidentem a lu-
mine gloriae, qui faciat unum per accidens cum intellectione ipsa Dei.
Illa ut neque sit genus neque differentia illius, sequitur absurdum
quod visio Dei secundum suam totam speciem esset aliquid naturale
et posset haberi viribus naturae quandoquidem lumen gloriae tantum
requireretur ad modum aliquem supernaturalitatis, quia faceret unum per
accidens cum tali specie intellectionis. Ideo etiam dicendum est
de habitu v. g. scicobae in ordine ad suum actum quod non concurrit
cum intellectu et specie intelligibili: ad producendum aliquem modum
in ipso actu, qui faciat unum per accidens cum ipso actu, sed concurrevit
ad latam speciem actus ut facilius et promptius fiat talis actus, sed
haec promptitudo in ipso actu non est aliquis modus in illo, quem-
admodum enim, calcactio, quia referens fiat a plurimo calore, non
habet aliun modum in ipso calore, quam si fueret idem calor ab al-

timo agente habentia minorem calorem, quam illud primum agens, est primo agente idemque calor fieri tanquam a potentiori inclinatio ne ad calefaciendum, sic etiam intellectus olicuius conclusionis facta a sive intellectu vel facta ab intellectu scientiae et habitu tunc ponit in verbo mentis aliquem modum accidentalem ex eo quod fiat ab una vel duplice inclinacione sed tantum ponitur una vel pluribus dependentia pro ratione unius vel plurimum agentium, secundum principium probatur quia impossibile est intendi differentiam, quin intendatur genus, sicut impossibile est albedinem esse intensiorem, quoniam color sit intensior, ergo si intenditur visio Dei ex perfectiori intellectu debet intendi tam secundum genus quam secundum differentiam, ergo utrumque principium tam quod concurrit ad rationem differentiae quam quod concurrit ad rationem generis debet simul crescere; secundo quia si visio Dei potest excedere perfectionem luminis gloriae propter perfectionem⁵⁵ intellectus, rogo de illa excessu intensioris in visione, an per illum excessum videtur Deus, quoniam negari non potest, quia intensio est latitudo actus respectu eiusdem objecti, ergo excessus ille non potest respondere tantum intellectui, ergo intellectus de se sive intelligenda remise sive intelligenda intense indifferens est ad quocumque objectum⁵⁶ intelligibilem sive intense sive remissa, ergo ut illa intensio et excessus visionis Dei [28r.] ut possit esse circa⁵⁷ Deum debet habere a lumine excedentem, ergo non potest habere hoc totum ab intellectu excedentem, sed in illo endem excessu visionis ratio differentiae debet respondere lumini excedenti et ratio generica intensa debet respondere intellectui excedenti.

2. dicendum est non videri satis tutare opinionem contrariam; nam si supponamus duns beatos aequalium meritorum videre Deum, habentes tamen disparces intellectus specie, ut patet in humine et in angelo, sequitur unum ex duobus absurdis, vel quia intellectus perfectius cohibebitur a sua activitate vel quod habenti meliorem intellectum dabit minus lumen gloriae sit, vel cohibita illa activitate perfectionis intellectus vel imperfectiorne lumen propter perfectionem intellectus melioris compensata posset uterque aequaliter videre Deum; nam si concedatur dari imperfectius lumen habenti perfectiori intellectum, ergo dabitur similiter minor charitas et minor gratia

⁵⁵ Tachada la palabra "luminis".

⁵⁶ Tachada la palabra "sive".

⁵⁷ Final de palabra borrada.

habitualis; nam si perfectior intellectus cum minori lumine potest aequaliter videre Deum, ergo voluntas cum minori charitate potest aequaliter amare Deum, ita sequeretur quod homo posset viribus naturae magis se iustificare propter melioram voluntatem quam esset auxilium speciale.

3.^a dicendum est quod dictum est de intellectu et lumine gloriae, dicendum est de visu et specie visibili v. g. aut de intellectu et specie intelligibili, quod. scilicet, actio crescere nequit nisi in utroque principio crescente, ita ut quantumcumque sit acutus visus non possit visio esse perfectior intensive vel extensive quam permittat perfectio speciei visibilis propter rationes supradictas: quando ergo dicimus cum aequali specie visibili videre melius qui habet actuorum potentiam, non significatur quod potentiae perfectiori sola sit causa illius excessus, sed quod ille qui habet visum debiliorum non est usus specie visibili secundum totam latitudinem ei virtutem illius speciei proprii imperfectionem sube potentiae atque in patria quicunque intellectus utitur lumine gloriae secundum suam totam latitudinem, nunquam damus quod cum aequali lumine sit disparitas visionis; in via tamen contingit actum v. g. charitatis esse perfectiorum antequam intelligamus habitum perficere factum esse; quia cum sit simul in via etiam ⁵⁸ habitus et actus sunt in via, unde possunt ipsi habitus perfici. et iden dat nobis Deus maius auxilium supernaturale ad operandum, ergo postularet habitus praeeexistens in hac ratione per actum ⁵⁹ auxilii supernaturali possit crescere habitus: dicere, enim, quod qualitercumque habitus charitatis etiam ruris est propria causa cuiuscumque actus [28%] etiam intensioris prout intensioris, in quantum in causis aequivoce non requiritur aequalis intensio in causa et in effectu, quis sicut effectus non est formaliter in causa aequivoce sed in virtute ita intensio effectus non necesse est quod formaliter sit in causa aequivoce habente formaliter aequalem intensitatem sed virtutalem, sicut non necesse est ut lumen possit producere calorem ut tria, sit lumen ut tria: quia calor ut tria potest conteneri in lumine ut duo, hoc inquam, non est satis: quia etiam si non requiratur aequalitas intensioris inter causam aequivoce et effectum, requiritur tamen proportionaliter: neque, enim, lumen gloriae quantumcumque remissum satis est ad quamcumque visionem quantumvis intensem, aliquid in-

⁵⁸ Palabra de dificil lectura; probablemente "diez".

⁵⁹ Hay diez especies libres donde se suponen palabras por escribir.

in patria cum videret beatus iuxta naturam et veritatem ipsius luminis, quando quidem lumen de se peteret maiorem atque maiorem visionem et consequenter nobis esset quoniam augeretur charitas in justis, si quantumvis exigua causa esset satis et propria causa ad omnes actus etiam intensos.

Sed ubi nesciuntur si intellectus est imperfectior in uno beato quam in altero cui non impeditur ab illo activitas luminis gloriae, quemadmodum activitas intellectus vel visus impeditur ab specie intelligibilis vel visibili imperfecta. Respondetur si hoc argumentum aliquid prohibeat etiam prohibeat quod quantumcumque cresceret lumen gloriae non posset crescere visio in intellectu imperfectiori, sicut et quantumcumque sit perfecta potentia visa impeditur semper ab imperfecta specie visibili: ratio vero differentiae est a priori hanc, quia intellectus est instrumentum respectu luminis gloriae et ita cum de ratione instrumenti sit quod elevatur, impossibile est id quod elevat impediari ab ipso elevato a lumine: secundum se quidem nullus debebatur concursus ad videndum Deum, sed debetur quicquid debetur ratione luminis. ergo si lumen crescit debetur eo ipso concursus maior. ergo imperfectio intellectus non est ad hoc attendenda, ergo cum ad intelligere secundum quod intelligere est nos habeat aliquam limitationem intellectus secundum naturam suam, postulat magis et magis videre. si maius et minus sit lumen: sicut si Deus eleveret calorum ad producendum aliquem effectum supernaturale parum referret quod elevatus esset calor ut tria vel ut quatuor. quia cum concursus ad talum effectum nos debetur calori ita neque intensior concursus ad intensiorem effectum debetur. expectanda est ex intentione et remissione caloris.

[29r.] *Quæstiōnē 3. nūm saltem de potentia absolute possit a solo Deo prudenter verbum haberi.*

Prima sententia est asserentium totam entitatem beatitudinis produci posse a se ipso Deo. Sic Scot[us] in 3 d. 13 q. 14 par. ad tertiam quaestionem et d. 14 q. 2 et in 4 d. 49 q. 2 et 1 Sententiārum d. 3 q. 7, Richar[dus] in 4 d. 49 a. 3 q. 1. Gab[riel] in 1 d. 1 q. 2 a. 2 et in 4 d. 1 q. 1 a. 3. Palu[derus] in 4 d. 44 q. 7 a. ultimo ad tertiam instantiam et d. 49 q. 1 a. 2. Greg[orius] Arim[ensis] in 1 d. 42 q. 1 a. 3 ubi refert Parisienses definisse oppositum ei errorum, Deza in 2 d. 37 a. 3. Dur[andus] in 10 d. 3 q. 4 n. 14 ubi ait quod, si intelligere et volle distinguuntur, Deus poterit causare velle sine intelligere

Mars[ilius] in 3 q. 10 a. 2, Supplem[entum] Gab[riel] in 4 d. 49 q. 3 a. 3 dub 2, Capre[olus] in 2 d. 37 q. 1 a. 3 ad 4 et 6. Maior in 4 d. 49 q. 4 et 9. Aliacensis in 10 d. 1 q. et d. 2 q. 19. Burid[ance] in Ethica q. 4. Angestus in suis moralibus. c. 6 fol. 28. Sotus in 4 d. 49 c. 2 a. 4. Med[ina] hoc loco q. 3 a. 2 Ex his nonnulli autores addunt quod etiam si produceretur a solo Deo entitas beatifici verbi in intellectu beati nihilominus illa non esset intellectio beati aut visionis ita Greg[orius] Aromi[nensis] ubi supra ad primum Capreolus, Sotus et Med[ina] ubi supra. Angestus. c. 14 suorum moralium fol. 92. Probatur primo quia actiones agentium naturalium possunt a solo Deo fieri sine agentibus naturalibus ergo debet assignari ratio cur actiones viventium non possint fieri a solo Deo sine agentibus viventibus nam quando dicitur actiones vitales dicuntur intrinsecum ordinem ad vivens vel significatur quod dicunt ordinem sub isto nomine operationis vitalis et hoc nihil referunt. quia etiam tristitia univoca fieri non potest a Deo solo. qui etiam sub isto nomine respirit agens eiusdem speciei. vel significatur quod re vera substantia ipsa actionis et natura ipsa dicit ordinem intrinsecum ad agens proprium et huius reddenda est causa Item quia vita ita operationis. vel est aliquid in illa vel nihil; si aliquid hoc ipsum poterit fieri a solo Deo et ita reddit eadem differentia. si vero est nihil non poterit impedire quoniam terminus operationis vitalis possit fieri a solo Deo. Secundo probatur quia vel terminus visionis Dei fieri non potest a solo Deo quia est terminus operationis viventis et ita neque motus progressivus neque augmentatio possent fieri a solo Deo secundum entitatem suorum [29n.] terminorum. vel quia est terminus operationis immaterialis et ita sequitur habitum scientiae. qui per⁶⁰ actionem immaterialis producitur non minus quam verbum mentis non posse a solo Deo infundi. cum de facto plurimi infusi fuerint Adamo. jno neque species intelligibiles possent infundi a solo Deo. qui secundum illos. qui non distinguunt intellectum agentem a possibili. etiam sunt termini vitalis actionis et immaterialis. Tertio quia vel id fieri non potest. quoniam necesse sit verbum beati efficienter dependere a beato. et tunc saltem sequitur quod intellectus unius beati posset producere efficienter verbum mentis in intellectu altioris beati. quia iam salvatur ex iudicium illud verbum mentis pendeat ab intellectu beati; nam si dicas necesse esse⁶¹ dependere ab eodem

60. Tachada la palabra "operis".

61. Se repite "necesse esse".

numero agente in quo recipiatur; contra quia nullus est effectus in rerum natura, qui potest necessario pertinere nisi ab agente uno secundum speciem, quia ut supra diximus quod hic effectus numero producatur ab hoc numeri agente et non ab altero agente eiusdem speciei et quod hoc agens numero producat hunc effectum numerum et non alterum eiusdem speciei propter ex modificationem primi agentis. ergo quod hic intellectus producat hoc verbum mentis et non alterum distinctum numero et quod hoc verbum mentis producatur ab hoc intellectu et non ab alio intellectu eiusdem speciei provenit ex sola determinatione primi agentis et non ex aliqua persistente effectus, quia revera intellectus de se est indifferens etiam supposito lumine gloriae ad producenda plura verba mentis, ergo quod hoc verbum mentis numero productum sit ab hoc intellectu et in hoc intellectu et non in altero intellectu et in altero intellectu provenit ex determinatione primae causae, ergo verbum potest produci ab uno beato in intellectu alterius beati quia per accidens est huic verbo mentis numero quod ab intellectu numero pendent efficientes vel ab altero eiusdem speciei vel quia dependentia a vivente requiritur necessario ad inhaesione verbi [30r.] mentalis, et ita a solo Deo produci non posset in subiecto; quia necessario requiritur ille mudus in actu vitali, qui etiam se habet sicut quidam modus et terminus potentiae; tum quia illa dependentia in ipso termino dependentis subiectatur et mediante termino subiectato in intellectu, ergo ista dependentia non requiritur, ut verbum mentis subiectetur. Quarto quia dependentia actualis ab efficienti, etiam si vivens sit, non transgreditur genus causae efficientis, ergo non potest dici quod aliter concurredit vivens ad specificandam suam actionem, quam concurredit agens naturale ad specificandum suam actionem praesertim quod, etiam si specificative qualibet modo concurrederet, impossibile est maiorem esse dependentiam in ratione specificationis, quam habet operatio vitalis ad suum principium quam ad suum obiectum, a quo essentialiter specificatur, sed de potentia absoluta potest contrariari visio v. g. albedinis absque suo obiecto realiter existente, quae specificatio visionis e suo obiectu non exigit necessario existentiam realem illius, ergo poterit etiam eadem visio fieri absque visu, quamvis specificetur ab illo; tandem efficacissime, quia concursus Dei est sufficiens, ergo quicumque aliis est superflua de potentia absoluta.

Pro cuius rationis intelligentia noſiādām est 1.^a differentiam esse inter actionem creaturee et actionem Dei, quod actio creaturee nihil aliud est quam dependentia quaedam a tali agente ibi primo instanti, sicut conservatio in reliquo tempore; haec autem dependentia est modus quidam absolutus in termino actionis, nequit enim esse mera relatio, quia relatio est post fundamentum et a fundamento, actio est ante terminum et ad terminum, tunc quia mera relatio non potest per se corrumpi, actio vero creaturee potest per se primo corrumpi, non corruptio termino. [30v.] ut si singas detrahit luctuosum et succedere alterum ad conservandum lumen iani productum, tum manente eodem termino remanet dependentia; actio vero⁶² Dei non est modus aliquipie dependentiae additus creaturee dependenti, sed est ipsum esse creatum prout finitum est; ratio est aperta, quia creatura non pendet a Deo per illum modum, sicut nec Deus est praesens illi creaturee per illum tantum modum, sicut est praesens immediate ipsi naturae creatae. Ita etiam immediate illam conservat, quia non minus modus ille requireret aliud modum dependentiae respectu Dei, sicut ergo substantia ipsa tota est receptiva quantitatis et non per aliquem modum accidentaliter superadditum, ita natura etiata se tota pendet a Deo et non per aliquem modum, sicut etiam ille modus si poneretur totus perderet a Deo.

Nulandum est 2.^a hinc sequi aliam differentiam quod dependentia effectus ab agente creato ipso esse accidentialis, quia est superaddita naturae dependebat. quamvis sit dependentia naturaliter debita, at vero dependentia creaturee a Creatore non potest esse accidentalis, quia nihil aliud est quam ipsa natura, quia finita est, et ita haec dependentia a Deo, quia necessaria, suppleri non potest ab agente creato, sicut dependentia ab agente creato suppleri potest a Deo, quia accidentialis est et modalis, quia aliquin, si dependentia a Deo non est necessaria in creature, sequeretur Deum non posse annihilare creaturem, detrahendo suu concurredum: quia si talis concursus necessarius non est simpliciter, ut creature existat, ergo illo abstractio non abiaret in nihilum creaturem.

Ntandum est 3.^a hinc sequi solutionem difficultatem questionis, cum non possit sumi creature ad creandum vel annihilandum, quia creatio est productio entis simpliciter, impossibile autem est quod aliqua concursus creaturee sit uniuersus necessarius ut aliqua res sim-

⁶² Tachada la terminación "do" de la palabra.

pliciter sit, quia, cum omnis dependentia a creatura sit accidentalis, necesse est ut supponat dependentiam essentiali Dei, qua omnis creatura pendet se tota a Deo et sufficienter et necessario; [31r.] ergo quando intelligit supervenire quilibet concursus instrumenti, iam supponit extra causas simpliciter ex virtute concursus divini sufficientis et ita a concursu instrumenti non potest effectus accipere esse simpliciter, sed accipit fieri hoc vel illo modo particulari, ut per generalitatem, productionem etc. et ob eamdem rationem sequitur nullam creaturam posse esse instrumentum annihilationis, quia ex defectu concursus creaturae impossibile est effectum abire in nihilum. quia si concursus creaturae non potuit esse necessarius, tal diximus, ad hoc quod effectus simpliciter sit extra causas. ergo defectus concursus creaturae non potest esse causa quod res simpliciter non sit in rerum natura. sed quod non sit hoc vel illi modo.

Secundo sequitur ex hoc fundamento, omnia quae sunt a Deo sunt per actionem, quae saltem habeant admixtam aliqualem creationem respectu Dei facientes, quia omnia prout a Deo sunt simpliciter ex non ente, et sunt prout a Deo simpliciter extra causas et non id omnes res dicuntur creaturae respectu Dei passim apud sanctos, cum hoc tamen acte dixit D. Th. nihil in subiecto prout in subiecto creari⁶³, quis res prout in subiecto supponit sicut esse simpliciter extra causas et ideo fieri et esse in subiecto presupponit fieri et esse simpliciter extra causas et consequenter non potest esse creationis terminus, quia terminus creationis est esse simpliciter, et e contra nihil potest annihilari, quod destinat esse in subiecto, quia terminus annihilationis non est non esse rem in subiecto, sed rem non esse in rerum natura.

Tertio sequitur quod actio transiens Dei longe differt ab actione transeunte creaturae, quia autem transiens creaturae est quoddam accidens respectu termini et ita semper ponitur in praedicamento actionis, quia dependentia effectus a creatura est modus quidam superadditus naturae effectus, at vero actio transiens Dei est in eundem processus praedicamento et specie ubi est effectus productus, quia cum actio et fieri nihil aliud sit quam dependentia ab agente nova, sicut conservatio est dependentia antiqua, et huius tamen dependentia in effectu respectu Dei nihil aliud sit quam ipsa natura creata, sequitur

⁶³ A la margen izquierdo una mano indica el texto y a la derecha escrito "S. Thom."

quod actio transiens Dei, si est ad substantiam est substantia, si est ad⁶⁴ accidens, est accidentis et ita aliquam rem effici a Deo est praedicatum essentiale ipsius rei ut tamen est in recta linea praedicamentali; homo est creatus a Deo et creatura Dei, quam homo est animal.

Quod si dicas si ergo in effectu respectu Dei non ponit aliquid distinctum ipsa actio, cur actio transiens magis dicitur esse in effectu, quam in ipso Deo agente, in quo tamen nihil ponat distinctum ab ipso Deo agente. Respondetur quod velio natura sua dicit causationem et emanationem, alioque ita sub hac ratione non potest competere agenti inhaerere vel convenire sed effectui qui revera dimanat ab agenti; tandem sequitur longe aliud esse (37) quaeccetera utrum possit angelus v. g. fieri ab aliqua creatura instrumentaliter: illud, enim, primum est verum, et hoc secundum est falsum: quia ad illud tantum requiritur dependentia superadicta ut non necessaria, ad hoc vero secundum requiritur dependentia necessaria a creatura sine qua esse non posset simpliciter in verum natura.

Haec omnia dicta sunt ad formandam relatum rationem pro hac sententia, omnis effectus dependet a Deo essentialiter et sufficienter, et omnis concursus creaturae est accidentalis et superadditus, ergo semper hic secundus concursus supplet prius salutem per illum primum, atque illus primus non esset sufficientis: dicitur, tamen, quod aliter Deus concursu quando agit se solo et quando agit cum causa secunda, quia quando agit eum causa secunda est veluti minor ille concursus, quam si ageret se solo; verum tamen hoc est aperte falsum, quia revera semper Deus eodem modo concurrit ad quemlibet effectum sive assuram causam secundam, sive non assumat, tum quia ut diximus dependentia creaturae a Deo est essentialis atque ideo invariabilis; tum quia concursus Dei concurrit cum causa secunda vel est alius a concursu⁶⁵ Dei concurrentis seu sum, quia sit distinctus quasi specie, vel est alius quia sit quasi species sed diminutus; primum diei non potest quia implicat contradictionem tum variatio termino variari actionem et dependentiam effectus ab eadem causa, quia implicat contradictionem Igitur aliter et aliter dependere ab eadem causa, unde quando idem gradus luminis dependet a duabus luminescere non variatur dependentia secundum speciem, quam si dependeret ab alterutru illorum sed multiplicatur secundum eisdem.

64 El "ad" lo suprimos nosotros.

65 Polybius Bayrada.

eadem dependencia secundum speciem: secundum vero dici non potest, quia si concursus divinus potest ditinui respectu effectus, ergo non est essestialis et per consequens suppliri posset per alium concursum creaturæ; ex eo, enim, concursus unius creaturæ potest suppliri per concursum alterius, quia concursus creaturæ semper est accidentalis et superadditus effectui et variabilis. præsertim quod si dependencia effectus a Deo esset modus superadditus, iam effectus non dependere immediate a Deo, scilicet, ratione illius modi. Tandem probatur haec sententia ex D. Tho. 2 p. q. 103 a. 3 dicente. erroneum est dicere Deum non posse facere per se ipsum omnes determinatos effectus, qui sunt per quamcumque causam creatam. Idem a. 6 et 12 q. 51 a. 4 et 3 p. q. 77 a 1 reddit rationem: quia effectus magis pendet a. prima causa, quam a secunda, et sic potest conservari sine illa et ex professo 3 Costra gentes c. 99 et lib. 4 c. 65.

In hac re 1^a dicendum est, si per impossibile terminus visionis beatificae promovetur a solo Deo efficienter in intellectu beati, revera per talen: terminum [32r.] dicere videre Deum; in qua re mirum est S. Tho. non vicius huc, aperte docentem 1 p. q. 34 a. 10 ad 3m, quod intelligere importat solum habitudinem intelligentis ad rem intellectam, in qua nulla ratio originis importatur: sed solum informatio quaedam prius intellectus noster fit in actu per formam rei intellectae, ergo aperte dicit D. Tho. quod verbum mentis beati facere intelligentes per solum inhaesitionem et inhaerentiam. quis, enim, negat quod intellectus videret rem per verbum quamdiu duraret verbum, etiamsi in conservari non penderet ab intellectu sed tantum in fleti, sicut quia lux est perfectio acriis nihil refert ut facias aerem lucidem (quod fiat efficienter ab acre vel securus: sic etiam Scotus in 10 d. 3 q. 7 paragr. art. autoritatem Philosophi ubi ait quod formaliter intelligimus intellectuionem in quantum recipit intellectuionem, qui licet ratiō eam active, non tamen dicit intelligere intellectu tamquam causa, sed in quantum habet intellectuionem ut formam; habere, enim, intellectuionem est habere qualitatem, et ita intelligere est affici intellectuione quas; dicat Scotus sicut impossibile est subiectum habere albedinem, quoniam fiat ¹⁴ album, ita impossibile est habere imaginem et similitudinem, quoniam fiat simile atque ita intelligens non per modum actionis physicae, scilicet grammaticaliter. Addit Scotus sicut per receptionem

habitus & intellectus habitus iter intelligens. Ita per receptionem verbi fit actualiter intelligens. Idem sentiunt quoniam difficultate superiori diximus sentire de facto beatitudinem effici a solo Deo; quia concedunt beatos propriè videre Deum et tamen concurrere tantum passive; ratio autem est quia videre aut intelligere nihil aliud est quam effectus formales speciei expressae; effectus autem formalis nihil aliud est quam habere formam; ergo videre nihil aliud est quam habere similitudinem accualem obiecti. neque enim, hec fit similis per productionem similitudinis, sed per similitudinem ipsam productam⁶⁷; sed cognoscere dicit fieri obiectum cognoscibile, ergo videre tantum dicit similitudinem ipsam productam; quia per idem similitudinem ei non per dependentiam ipsius ab efficienti causa fit similibs obiecto; sicut ergo impossibile esset animam rationalem esse in materia caeli et non facere cuelum rationale, ita impossibile est imaginem esse in intellectu et non facere intelligentem. Cum dictis tamen non pugnat beatitudinem essentialiter consistere in operatione⁶⁸, quia hoc tantum significat quod consistit in termino operationis, qui natura sua petat produci per⁶⁹ operationem. Sed notandum est quod quoniam verbo mentis posito in intellectu et amore posito in voluntate a solo Deo intellectus diceretur intelligere et [32v.] voluntas amare, quia huiusmodi voces non sumuntur pro actione phisica sed grammaticali, tamen non possit dici voluntas mereri vel peccare, quia huiusmodi nomina dicunt libertatem et libertas consistit in Indifferencia agentis seu actionis.

2^a dicendum est de potentia absoluta non posse a solo Deo produci entitatem verbi beatifici. Probatur quia in causis materialibus videntur hanc esse differentiam ut nonnullae formae esse possint sine suo subiecto determinata, quemadmodum etiam quantitas sine corpore; nonnulla vero esse non possunt sine sive subiecto quamvis ab illo tantum pendant in eodem genere cause materialis, ut sessio sine sedente. figura siue qualitate, motus sine mobili esse non possit; ergo mirum non est in eodem genere cause efficientis quosdam effectus ita pendere a proprio agente ut tamen possint non pendere ab illo de potentia absoluta, alias vero effectus esse, qui non possunt non pendere, quia si huiusmodi arctissima dependentia possibilis est,

67 Tercerado "quia per" y entre barras.

68 Tercerado "Quia".

69 Borrada una "p"

nulli alteri actioni potius convenire debet; quam actioni vitali ei immanentis, ita ut de ratione termini, qui non produci per actionem immanentem vitalem. sit inhaerere eidem subiecto, a quo habet talem dependentiam. 2.^a modum dependentiae, quem habet effectus ab agente creato a quo sit, Deus se solo facere non potest⁷⁰, quia essent duas contradictiones; cari primo supponimus per hanc dependentiam produci effectum ab agente creato, praesertim quod si illam dependentiam se solo Deus facere possit, si deinde Deus assumere eratutram ad agendum tam effectum, quid de novo reperiretur in effectu vel in ipsa creatura, ergo effectus actionum?⁷¹ Immanentium mirum non est Deum non posse se solum facere.

3.^a quia Deus non potest facere modum visionis sine extremo utroque; quia impossibile est conservari modum informationis in materia sine forma actu presente vel existente, ita ut modus illius essentialiter penderet a praesentia formae, ergo etiam potest essentialiter penderet terminus actionis vitalis efficienter a subiecto in quo est. Item relatio non potest esse de potentia absoluta sine fundamento neque potest esse sine termino extrinsecso, immo vero non potest esse quin efficiens sit a fundamento; nam relatio dissimilitudinis, v. g. non habet facere dissimile subiectum ratione sui, sed ratione fundamenti, nam dissimile non est respectu sui termini dissimile propter relationem dissimilitudinis, immo vero in ratione dissimilitudinis ulrumque extrellum convenit et est simile, ergo dissimilitudo dicitur facere subiectum dissimile quia oritur a fundamento absolute dissimili.

Argumenta initio posito duo tantum prouuliant, unum est cur alii termini actionum possunt fieri a solo Deo et non omnibus. Ad hoc iam est responsum quod [33r] sunt quedam accidentia essentialiter pendentia a subiecto sui etiam de potentia absoluta, quedam vero non pendent. Ita etiam in effectibus dicendum est respectu agentium; specialiter autem de speciebus impressis et habitibus est facilior ratio quia, cum videamus de facto non pendere in conservari a suis agentibus, facile infertur posse de potentia absoluta ab illis non pendere effectibus, facile infertur posse de potentia absoluta ab illis non pendere etiam in primo instanti, siquidem de facto non peniperet in reliquo tempore. Alterum, quod pelunt argumenta, est quoniam si concursus Dei est efficiens ad quocumlibet effectum non possit quemlibet effectum

70 A "potest" precede una "n".

71 Grecis adiunctoria.

se solo facere. Respondetur ex D. Tho. I p. q. 105 articulo 1 ad 1 quod Deus sufficienter operatur in causis per modum agentis principalis, quasi dicat D. Tho. in alio ordine posse requiri aliam causam, unde concursus causae secundae nunquam requiritur propter insufficientiam concursus causae primae, sed sicut ergo quacumque sufficienter pendeat a Deo in genere causae efficientis quantitas aut figura, tamen nequit esse quantitas sine figura aut e contra utrum per sufficientem illum concursum, sic etiam quamvis verbum mentis beatu sufficienter pendeat in genere causae efficientis a Deo, tamen nequit esse in rerum natura sine modo: illius dependentiae ab intellectu vel a vivente.

Quod si obiectas, sequitur ergo posse dari aliquem effectum, qui non consistit fieri a Deo per creationem; nam sicut intelligimus verbum beatu non posse sufficienter a solo Deo et sicut intelligimus modum dependentiae, qua est in effectu respectus agentis creati non posse fieri a actio Deo, ita possimus intelligere alios effectus possibles, qui facti non possint non pendere a causis secundis, ergo omnes isti non poterunt fieri per creationem, respondetur adhuc illius effectus creari a Deo quia conceptus Dei et est sufficientis in genere causae efficientis et est prior natura (quoniamque alio concursu causae secundae, atque ita ille concursus est qui educit rem ex nihilo, cum non supponat rem ipsam aliquomodo existentem, ac vero concursus causae secundae non potest esse concursus creantis, quia iam supponit concretaum causae primae atque ita supponit rem iam existentem quantum est ex sufficientia concursus in genere causae efficientis)⁷⁴, nam etiam ad existentiam illius effectus extra causas requiratur etiam concursus causae secundae hoc non est propter insufficientiam Dei conceptus, sed propter necessarium connexiorem illius effectus cum illo modo dependentiae, quae necessitas coniunctiois potius provebit ex genere causae materialis aut formalis quam efficientis, sicut modus illae informationis, qui est in forma et materia, necessario pendet ab existentia actuali formae [33v.] non quidem proper insufficientiam concursus primae causae quo in genere causae efficientis potest Deus se solo conservare medium illum informationis sed quia est connexio necessaria inter medium illum informationis et formam in genere causae formalis.

Sed obiectis hinc sequitur non posse effectum aliquem perdere a creature in genere causae efficientis, quin efficiens coniunctum sit

i. nec nequit

72. Utra particula rachoda.

cum effectu ut intelligamus esse necessariam connexionem inter medium illum dependentiae et efficiens, sicut intelligimus medium informationis non posse esse sine forma, quia forma est coniuncta immediate cum illo modo; nam quod aliquid pendeat necessario a re coniuncta intelligi facile potest, tamen quod dependeat necessario a re distante huc non potest intelligi, quia si distat quid refert quod pereat. Respondeatur negari non posse quod non requiratur huiusmodi connexio inter efficiens et rem dependentem ab efficienti; nam sol efficienter illuminat omnem hanc sphærā suae activitatis et tamen non est praesens et coniunctus toti haec supharac activitatis, et rursus partes etiam posteriores ipsius solis illuminant medium, quin aliquid agant circa partes priores ipsius solis, ergo intellegitur dependentiam melius a partibus posterioribus solis distantibus, non est ergo inconnexum esse necessariam connexionem inter ea, quae distant, sicut est inter duo relativa.

Quæriter 6 utrum verbum beatificum produci possit in alio subiecto quam in intellectu beati.

Dicendum est 1^o ex praecedenti quaestione sequi non posse esse nisi in en subiecto a qui est, nec potest non esse efficienter a subiecto in quo est, sed etiam si consideremus verbum beati posse separari ab omni substantia de potentia absolute, tamen adhuc non posset esse in subiecto corpore: ratio est quia dependentia, quam dicit speciale accidens a proprio subiecto, est in genere causæ materialis, quae suppleri non potest, quia consistit in quadam naturali proportione, nam quae alia ratio esse potest quid angelus non possit esse forma materiae de potentia absolute aut cur Deus non possit recipere in se de novo aliquid accidens per inhaesiuem, ita ut formaliter fieret quod iam erat eminenter, Ita ut ex rebus finitis iam modo illas posset acquirere et deponere aliquo eo quod de sua infinita entitate aliquid possit desperdi vel acquiri? certe tota ratio est incapacitas materiae, ergo sicut haec incapacitas tolli non potest ita neque incapacitas quam habet corpus ad recipiendum [34r.] accidens spirituale. Rursus sessio non potest esse nisi in eo qui stat nec unio anima rationalis cum materia nisi in anima rationali, nec potest esse unio in unitate, si separata sunt extrema, ergo neque verbum beatificum potest esse in corpore vel accidens spirituale. Neque vero sequitur quod, et si anima rationalis spiritualis sit, potest esse in corpore, ergo et accidens spirituale poterit inhaerere corpori; quia forma spiritua-

lis posse esse in corpore habet ex natura sua et ita nulla mutatur naturalis capacitas aut proportioni, sicut mutetur, si accidens spirituale petens natura sua subiectum spirituale quod habet proprium, potest esse in alieno subiecto corporis; tum etiam quia accidens est veluti modus subiecti et ideo petit proportionem cum suo modificabili, quia modus debet sequi naturam cuius est modus, al anima rationalis cum per se subsistat non requirit proportionem materialitatis ut possit esse forma materiae, quia respectu eius non habet dependentiam, minimum tamen est si non requirat hanc proportionem.

Hanc sententiam tenet etiam de potentia absoluta Durandus] in 4 d. 1 q. 4, Sotus in 4 d. 1 q. 3, Ledesm[a] 1 p. 4 q. 3 a. 1, Vega lib. 7 in c. 14 Concilii Tridentini, Bonaventura] in 4 d. 1 q. 4, Gabrie[li] q. 1 a. 2 licet hi duo non aperie negant de potentia absoluta, Marsiglius] in 4 q. 1 a. 3, Scotus d. 1 q. 5 et alihi; unde immerito senserunt Capelle[lius] in 4 d. 1 q. 1 a. 1 concensione 4 et a. 3 ad l. 1. Dux 10 q. 1 a. 3 et 4. Ferrarensis] 4 Contra gentes c. 55, Alensis 4 p. q. 8 item 3 a. 5 et 6 licet idem instituit D. Thos. Aquinellus in locis et maxime 3 p. q. 62 a. 4, bene tamen explicatur ibidem a Caetano].

Ex dictis sequitur ratione dicti communis quod quantitas non possit esse in se spirituali, nam ratio quae solet afferri, quia quantitas dat partes integrantes, angelus vero v.g. non habet partes, nascitur ex propria intelligentia effensus formalis quantitatis: hic, enim, non est modus ille extensio, quia sequitur ex generatione latuquam passio illius, nam effectus formalis nihil aliud est quam habere eum ipsum, quae est forma, et ita effectus formalis quantitatis nihil aliud est quam habere quantitatem, sed pro ratione propria quantitatis effectus formalis est invariabilis invariata entitate formae; quia nihil aliud est quam habere formam et impossibile est variari hoc quod est habere formam invariata entitate formae; nam extensio partium in ordine ad se minuitur et angelus in rarefactione et condensatione formae absque in quod quantitatis augeatur unitas vel manuatur; impossibile ergo est esse effectum formalem quantitatis: nam tinge duas quantitates singulas trium palmarum, haec certe habent aequalem extensum, si tamen ab altera illarum separas dimidium illius etiam ultimum dimidium rarefacit usque ad extensionem trium palmarum, dabitur extensio eadem absque eadern entitate quantitatis

cum dimidium iam separatum esset; si effectus, [34v.] formalis aut magnitudo illius suppleri non potest sine ipsa forma aut magnitudine⁷⁴ illius; ergo ex his sequitur quod, si praedicta ratio non repugnaret, posset quantitas de potentia absoluta ponи in angelо, etiamsi non haberet partes substantiales, quia posset a Deo impediri talis passio extensionis; nam quantitas non dat substantiae habere partes realiter et substantialiter distinctas entitative, nam eadem quantitas potest esse cum plurima substantia vel exigua substantia entitative, sed tamen dat has partes quae ex se habent realiter distinguunt entitative esse extensas in ordine ad se et in ordine ad locum et in ordine ad suos pedes, quantum attinet ad invenientiam correspondentiam; quando ergo dicitur quod extensio est natura quantitatis sumitur ex lenio pro quantitate, ergo tantum quia quantitas est accidentis corporale non potest esse in angelо.

Quaeritur 7 utrum beatitudo consistat in operationibus.

Ratio dubii est quia perfectio corporis et illius pulchritudo essentialiter consistit in principalibus qualitatibus et illarum proportione, ergo perfectio animi, qualis est beatitudo, consistere potest in principalibus operationibus et earum cohaerentia, sicut dixit Boetius 3 De consolatione, prosa secunda, quod beatitudo est status bonorum aggregatione perfectus; confirmatur nam perfectio hominis in actu primo consistit in principalibus operationibus, nam sicut quamvis una potentia sit essentialiter perfectionis altera, potest utraq[ue] pertinere ad beatitudinem.

2º quia facere beatum est effectus formalis operationis beatissimae, ergo si una tantum operatio est beatitudinib[us] ubicumque illa uno fuerit faciet beatum, ergo si intellectio est beatitudo, homo videns Deum et non amans illum sed odin etiam habens, esset beatus, vel si beatitudo est in amore tantum, ergo voluntas amans etiam si intellectus non videret Deum, imo erraret circa illum, homo posset esse beatus.

3º beatitudo posset consistere in duplice operatione distincta numero ergo posset et consistere in duplice operatione distincta specie; quia tam sit unum per accidentem ex duobus numero quam ex duobus specie. Probatur, quia posset intellectus videre Deum per duplex verbum beatificum, tunc autem, vel esset beatus per utrumque vel per

⁷⁴ Tachada la abreviatura "ergo".

neulum; hoc autem secundum est absurdum, quia verbum mentis beatificum ex societate alterius similes non potest antillere hoc quod est beatificare. Confirmatur quia si infelicitas potest evanescere ex multis rebus, cur hoc felicitas ex multis bonis et si multa peccata faciunt misericordium, cur non multi actus virtutem facient felicissimum, ita ut beatitudo materialiter quidem sit plura. [35r.] formaliter autem, id est, sub ratione summae perfectionis sit unum per se. In hac re Ricardus in 4 d. 49 a. 1 q. 6 dicit beatitudinem esse in pluribus operationibus, Bonaventura ibidem. q. 5 prima p. distinctionis dicit beatitudinem esse matrem bonum spirituale cor Deo et ita consistere in coniunctione cum Deo per utramque potentiam atimae rationalis, sed etiam tam intellectui quam voluntati essent suae dotes, Maior in 4 d. 49 q. 6, Marsilius in 4 q. ultima.

Supponendum est. 1. hanc questionem noti esse de nomine, ut male Ockham in 4 q. ultime a. 4 dub. 3 et Marsilius in 49 q. 3 et 5, quia cum quacumque quid sit illud, quo posito homo fit beatus et quo subiato, etiam si cetera adiuntur non sit beatus, constatque non quodcumque bonum beatificare per se aliquid, non est ergo de nomine. Ex quo etiam sequitur contra Olcot in 4 q. 8 a. 2 non posse beatitudinem essentiali consistere in aggregatione omnium bonorum ita ut beatitudo sit nomen collectivum comprehendens omnia bona, quia constat sine bonis corporis consistere posse essentiali beatitudinem ut patet ex Extravagantib[us] Benedicti II ubi dicitur per fructum et visionem Dei animas esse beatas, cum quia corpus non potest attingere per operationem summum bonum beatificans, scilicet Deum: unde frustra et a Durando in 4 d. 49 q. 4 distinguatur beatitudo in eam quae dicit aggregationem perfectionis spiritualis et corporalis et in eatu quae dicit perfectissimam operationem, quia aggregatio bonorum etiam corporalium non pertinet ad essentiali beatitudinem; non tantum quia sine bonis corporis salvare potest essentialis beatitudo, sed quia bona corporis, si alia bona non adiunguntur, beatificare non possunt.

2. supponendum est non esse idem loqui de beatitudine potentiae et de beatitudine hominis, ut bene distinxit Sontus in 4 d. 49 q. 3, quamvis male a nonnullis refutetur, quia dicit hominem non beatificari nisi per potentiam et ita idem est beatificare potentiam et beatificari hominem per illam, tamen re vera intelligi potest potentia beatifica in ratione talis potentiae, quin intelligatur homo simpliciter

beatificatus, sed & omnia beatificatus secundum quid, id est, ratione talis potentiae: quia vias corporalis nulla alia actione beatificari magis potest quam visione corporali et tamen homo per visionem illam corporalem non beatificatur simpliciter; ratio differentiae est quia quaeribet potentia tactum est beatificabilis per actum talis potentiae, quia una potentia tantum est: una potentia et sic tantum habere potest unum hunc; at hunc sicut habet plures potentias, ita est beatificabilis per plures; quaeritur ergo eius potentiae actus faciat hominem: simpliciter beatum, sicut etiam videtur operationem connaturalem potentiae [35v.] posse esse violentiam homini simpliciter loquendo, quamvis secundum quid, id est, ratione illius potentiae sit connaturalis; nam qui cogit videre colorem habet. visionem corporalem connaturalem sensui et violentiam voluntati, atque alieno homini. Omittit distinctionem Pau[er]t[er] in 4 d. 49 q. 3 a. 2 distinguens beatitudinem in speculativam consistentem in actu intellectus et in practicam consistentem in actu voluntatis, in utramque simul consistentem in operatione utriusque potentiae, quia hoc non est docere quacunq[ue] ex his essentialis sit beatitudo homicis; sic, enim, dicere potuisse corporalem beatitudinem consistere in operatione sensuum.

In hac re dicendum est beatitudinem essentialem in una operatione consistere, sed non me movet ratio Durandi loco citato distinctione 49 quod beatitudo est summum bonum. nequit autem esse in pluribus operationibus specie differentibus; quia necesse est alteram usq[ue] minus bonam quam alteram, si specie differenti. sicut in numeris ipsa parat, quia non tantum ut argumentum oppositum initio quaestio[n]nis probavit potest intelligi beatitude consistere in pluribus operationibus numero. sed etiam specie. non quidem quod utraque essentialiter requiratur ad beatitudinem, sed quod alterutra salis sit ad essentialē beatitudinem, fingu. enim, item obiectum beatificum posse videri clare per duplex verbum mentis distinctum specie, alterutrum illorum satis esset ad beatitudinem et ita disjunctive esset beatitudo essentialis in pluribus operationibus.

Quod autem illud possibile sit parat quia sicut idem obiectum corporale videtur potest per idolum expressum corporale expressum a sensu et per verbum spirituale ab angelo productum, et sicut ipse mel Deus videtur clare per verbum creatum a creatis et signiliter a se ipso per verbum increatum, ita etiam potest intelligi quid idem Deus videatur clare per duas imagines specie distinctas productas per diversas operationes specie; ratio ergo illa est: quia una tantum

operatio scilicet intellectus ut a. 4 dicimus est assecutio summi boni et ita eadem per rationem probare debet beatitudinem essentiali consistere in actu intellectus, eadem et non alia probare debet consistere in operatione et in una operatione. Sic D. Tho. infra a. 4 et variis locis, Calet[anus] ibidem, Ferrar[iensis] 4 Comtra gentes c. 26 et 26¹⁷, quæstione 2 de beatitudine, Scul[tus] et Dur[andus] ubi supra in quantum docent beatitudinem in una receptione consistere in una tantum operatione. Sol[us] in 4 d. 49 q. 1 a. 4, Med[inus] infra a. 4.

Ad primum argumentum respondetur beatitudinem ex eo non consistere in pluribus operationibus quia [36r.] non possunt esse plures operationes consecutiones summi boni. ut a. 4 dicimus, sicut plenioritudo corporalis constare potest ex pluribus qualitatibus. utrum voluntatis est beatitudinem apud autores tam sacros quam scholasticos aliquando summi pro stato beati, aliquando per beatitudinem essentiali et ita pacem reperiuntur apud illos quod beatitudo consistit in visione, amore, fruitione et gaudio Dei clare visu quia ad statum videntis Deum pertinet ut quem videt amet amore amicitiae. quia amabilis est propter se et delectetur de beatitate Dei proprius Deum: pertinet etiam ut amet amore concupiscentiae Deum ut bonum amanti et inde delectetur de Deo conscientia. quam ergo haec omnia inter se connexa sint in eodem statu beati modo explicatur beatitudinē per visionem et fruitionem, hanc est vita aeterna. ut cognoscant te etc. modo per delectationem, intra in gaudium domini lui etc., modo per utrumque, ut in Extravaganti Benedicti II ubi dicuntur animas beari per visionem et fruitionem; non quia ibi definatur beatitudinem essentiali in utroque actu consistere, ut male inde collegant tanquam de fide Marsilius et Supplementum Gab[riel]. quia ut bene notavit Cano lib. 22 De locis c. 14 neque ibi Pontifex definiuit beatitudinem essentiali tantum. sed statum animae beatum, neque ibi intendebatur definiri natura beatitudinis. sed ipsum an est beatitudinis in animalibus beatis ante diem nullum. præsertim quod non est apud unnes autores certum fruitionem esse actum voluntatis et non intellectus. ex quo etiam fit quod quando sancti dicunt beatitudinem esse onus et amorem Dei, ut dicit Victorinus in cap. 7 Dionysii De ecclesiī hierarchia et Anselmus lib. De beatitudinibus et lib. 2 De concordia liberi arbitrii et praedestinationis, dicens beatitudinem esse cursum omnium diligentiae. et Aug[ustinus] 19 De trinitate c. 5 beatus est qui habet quicquid vult, et Boetius ubi

supra; haec inquam dicentes intelliguntur vel de status ipso beatitudinis vel de beatitudine causaliter, quia ad statum beati pertinent omnia bona et causantur ex ipsa beatitudine essentiali, non tamen significant quod beatitudo essentialis sit formaliter aggregatio omnium bonorum. Legatur D. Tho. infra a 4 ad ultimum. Ad secundum argumentum respondebitur a. 4. Ad tertium patet ex dictis. Ad quartum dicemus etiam infra a 4 citato; nunc satis sit sciire sumptum [36v] misericordiam essentialiter non posse consistere in absentia et caritate omnis boni, quia Christus Dominus essentialiter erat beatus et tamen multa mala peccata compasiebatur.

ARTICULUS 3. Utrum beatitudo sit operatio sensitivae partis aut intellectus tantum.

Conclusio: operatio sensus non pertinet ad essentiam beatitudinis, sed tantum se habet antecedenter et concomitante.

Queritur ergo utrum sensus corporalis beatificabilis sit de potentia absoluta per visionem claram Dei.

Quæstio haec triplicem potest habere sensum, sicut Medi[na] praetermisserit hoc loco difficultatum omnium, sed quia D. Tho. 1 p. q. 12 a. 3 ex professo disputat hanc questionem, dicam breviter posse primo intelligi utrum sensus possit esse principium visionis beatificae de potentia absoluta saltem in intellectu spirituali, et in hoc non invenio repugnantiam, quia potest Deus facere rem quamlibet dependentem a qualibet in genere cause efficientis: unde sicut sacramenta sensibilia assumuntur ut instrumenta ad gratiam efficiendam ita posset sensus assumi ut instrumentum ad visionem beatificam. Secundum potest intelligi, utrum sensus sit receptivus visionis beatificae, quae est in intellectu, de quo iam diximus supra in subiecto corporeo non posse inhaerere accidens spirituale. Tertio potest intelligi difficultatem utrum per speciem sensibilem et corporalem possit sensus beatificari; ratio dubii quia non videtur repugnare possibilem esse speciem corporalem representantem Deum sicuti est, quia vel ex maiori nobilitate oblecti et hoc non, quia substantia spiritualis nobilior reponatur per speciem spiritualem ignobiliorum, quia est accidens et per verbum beatificum creatum representatur ipse Deus, vel repugnat ex improportione objecti et imaginis et huc non quia

neque requiritur proportio in radice natura specifica neque. enim. sicut *imago Caesaris* *Caesarem* repreäsentat per unitatem specificam coloris repreäsentantis cum colore repreäsentatu. necesse est omnem imaginem corporalem hoc habere. quia species sensibiles non sunt eiusdem naturae cum objectis. ut patet clarius de speciebus expressis. neque requiritur proportio [375.] ordinis aut generis; quia per species spirituales repreäsentantur corpora et per species expressas creatas repreäsentatur clare Deus increatus. ergo per species corporales potest repreesenari res spiritualis.

In hac re. quamvis conclusio quod repugnat dari talenti sp̄cierum⁷⁷ verior sit. tamen mihi nulla sese offert ratio efficax sicut neque Aug[ustinus] qui non tantum non reddit rationem. sed maxime dubitavit de conclusione. quamvis magis adhaereat dictae conclusio[ni]; Aug[ustinus]. enim. epistola sic ait: puru autem si in tantum sui similitudinem nostra corpora mutabuntur ut oculos habeant. per quod videatur illa substantia. quae non per locorum spatia vel diffunditur vel finitur. sed ubique incorporaliter tota est. longe aliud erunt haec corpora et non aulun ipsam et sola. detracta mortalitate. aliud erunt. sec[undu]m in virtutem ipsius mebilius quodammodo convertentur. si videre poterunt quomodo tunc mente. nunc autem nec ipsi menti vide-re confessum est. et infra. sive ergo hoc sive illud sit secundum ulcumque verum est quod istius corporis oculi Deum non videbunt. aut. enim. istius erunt. et non videbunt. aut non erunt istius si videbunt. quanto tanta commutatione longe alterius corporis erunt. Ecce ubi Aug[ustinus] per summam commutationem corporis dicit posse Deum videi oculo corporali. quia quamvis facta commutatione veluti aliud corpus esset. tamen corpus esset. Et lib. 22 De civitate c. 29 inquit. oculum glorificatum videre posse incorporelia. quod testimoniūm quamvis D. Tho. 1 p. q. 12 a. 3 scilicet uno ex duobus modis. quis ibidem possuit Aug[ustinus]. tametsi revera Aug[ustinus] in prima solutione non reputavit impossibile. cum dicat. aut ergo per illos oculos sic videbitur Deus ut aliquid habeant in tanta excellentia mentis simile. quo etiam incorporela natura cernatur. aut quod ulli exempli sive scripturarum testimonia difficile aut impossibile⁷⁸ est ostendere etc. utrum Aug[ustinus] epistola 3 citata probet ex Sanctis Patribus Deum oculis corporalibus videri non posse. tamen de oculis corporis

77. Sialio Lachada.

78. Se reputa "aut impossibile".

gloriosi tandem infra dubitat nec putat esse impossibile. et licet epistola 112 idem probet et videatur illi probabilius, quod etiam in resurrectione non continget talis visio, tamen non putat impossibile immo de facto dubitanter etiam loquuntur; inquit enim, an substantiam Dei oculi corporalis in resurrectione munitam corporum⁷⁰ qualitate conspiciat⁷¹, viderint qui hoc possint arbitrari, me plus movet sententia [I]obus, scilicet, Ambrosii] qui neque in ipsa resurrectione hoc concedit. Idem prosecutus Augustinus] infra ab illis [37v.] verbis, quapropter donec diligenter inquisitione, etc., idem Hieronimus] epistola 61 ad Pamphilium in illa verba Iob, quem visamus cum ego ipse et non alius etc. inquit, hic, id est, Iob si non in seculo sun resurrecturus es, si non eisdem membris, quae iacuerunt in seculo, si non eodem oculos aperiat ad videndum Deum, quibus tunc videbat vermiculos, ubi ergo erit Iob? at aperte ibi Hieronymus] loquuntur de corporalibus oculis, quia de resurrectione corporali loquebatur. Nola tamen quod si daretur de potentia absoluta Deum videri sensu aut spele corporali, illa visio corporalis non magis pertineret ad sebum visus quam auditus, vel olfactus etc. sicut cognitio intellectus cognoscentis eudem modo appellatur visus et auditus et gustatio; nam sicut per intellectum videre dicimus ita et audiire, ut patet ex illo psalmo audiam quid loquatur etc.

ARTICULUS 4. Diram, si beatitudo est intelligentiae partis, sit operatio intellectus et voluntatis.

Conclusio: beatitudo essentialia non potest consistere in actu voluntatis, sed intellectus. Duhure circa hunc articulum 1.^a sese offert; quia si ideo non ponitur beatitudo in amore, quia sequeretur etiam in hac vita hominem esse beatum per amorem, non efficax argumentum, quia sicut multi dicunt beatitudinem boni consistere in visione ultimumque, sed in visione prout est consecutio et comprehensio, id est, prout est visio Dei amati ut filii optimi, ita etiam dici potest quod beatitudo est in amore non ultimumque, sed in amore Dei clare visi. Ita ut sicut illi dicunt amorem requiri ad visionem tanquam conditionem sine qua non esset beatitudo, ita dicant visionem requiri ad visionem tanquam conditionem sine qua non esset beatitudo. praesertim quod amor viae et patriae non videtur esse eiusdem speciei, quia quamvis

⁷⁰ Se legitima la prelatura corporum.

⁷¹ ms. dichita.

⁷² ms. conspiciat.

amor non diversificetur specie ex cognitione sola, sed revera diversificatur ex re cognita, ut quando Deus amatur in hac vita est res ipsa cognita immediate diversa a re cognita in patria, sicut est diversum corpus ab spiritu infinito, ita ut res ipsa per hanc cognitionem corporis cognosci Deum non sit naturaliter Deum representari per aliquam imaginem existentem in intellectu, quia per illam tantum naturaliter representantur res materiales, sed Deus tantum significatur per illes res materiales sicut significatur per voces; sicut, enim, haec vox vel illa [38r.] tantum significat ad placitum Deum, ita et per diversas voces in diversis linguis significatur, sic etiam ad placitum significatur et representatur Deus intellectui hominis viatoris iam per has species aut res materiales iam per alias, pro diversitate imaginationis hominis, ergo voluntas amans Deum cognitione in hac vita diversum habet obiectum ab obiecto quod habet in Patria, atque ita ex amore diversus specie poterit esse in amore patriae, quin sit in amore viae. Quod si ilicas semper in amari utroque amore Deum, qui est ultimus finis atque ita utrobique esse idem obiectum, contra quia si rusticus seipso habens fidem et charitatem etiam invincibili quadam ignorantia putaret esse corpus et ita illum amaret, haberet amor alius diversum obiectum ab obiecto⁸⁰ in patria, sed qui amat putat ultramque eandem speciem esse, nihilominus amores illi essent diversi specie, quia circa diversa obiecta.

Secundum quia non ex eo quod visio sit consecutio summij boni debet esse beatitudu, quia visio, licet sit consecutio respondens amoris concupiscentiae, nam qui amat Deum ut bonum sibi et ut talium desiderat per visionem claram Dei, dicitur consequit. quod desiderabat, quia consequitur Deum, ut bonum sibi, ergo beatitudo, licet rubeat esse consecutio, non debet esse consecutio per intellectum, sed consecutio quae pertinet ad amorem amicitiae, haec autem est ipsius amor amicitiae, quo voluntas amat Deum non ut bonum sibi, atque ita non ut comparabilem a se per intellectum, sed amat Deum in se, et propter se; hic autem amor melior est amore concupiscentiae et tanto praetiosior, ut postponi deberent caeleri omnes actus huic amoris, si optio daretur. Confirmatur quia etiam voluntas habet in se ipsa suam consecutionem; nequa, enim, omnis consecutio est eiusdem rationis, nam qui desiderat pecuniam non obtinequit illam per intellectum sed per possessionem et apprehensionem realem, quia non desiderabat nisi apprehensionem realem, ergo voluntas desiderans

amare Deum intensissime propter se ipsum tunc diceretur consecuta sumus sicut, quando ita amaverit.

Tertio quia vel de ratione consecutionis est facere obiectum realiter praesens homini qui consequitur, et hoc non, ut patet, non tantum in consecutione dominii alicuius rei, sed etiam in ipsa visione, quia, ut diximus, etiam si per impossibile Deus non existeret et conservari posset cognitio quidditativa illius in obiectu beatificaretur; vel de ratione consecutionis est praesentia rei in esse obiecti et hanc etiam habet actus voluntatis (38v.) ergo cum non magis Deus sit praesens intellectui quam quod est obiectum cuiusdam imaginis distinctae naturae a Deo, etiam obiectum voluntatis est obiectum cuiusdam proboris et inclinationis distinctae naturae.

Quarto quia delectatio voluntatis est actus, qui maxime respicit obiectum praesens, quia est quies in obiectu praesenti, ergo maxime est consecutio, quod magis patet in delectatione, quae consequitur amorem amicitiae; haec enim non presupponit aliam consecutionem, quam amorem amicitiae, quia talis delectatio est de obiecto amato propter se ipsum. ergo talis delectatio dicit etiam praesentiam, quia presupponit rem consecutam, de qua est delectatio. ergo vel amor ipse est consecutio vel certe ipsa delectatio; nam quod beatificat¹ avarum consequenter pecunias in ratione avari desiderantis vel est consecutio realis pecuniae vel delectatio, quam percipit ex pecunia possessa, ergo sicut haec beatitudo avar: non est in consecutione pecuniae, sed ullam presupponit tanquam obiectum suae delectationis ita beatitudo beati consistere poterit in delectatione Dei consecuti, ita ut consecutio non sit beatitudo sed obiectum illius. Tandem quia si beatitudo est essentialiter in intellectu sequitur quod voluntate actualiter peccante homo videns Deum esset essentialiter beatus. Dicere necessario habere dictamen practicum, quod moveret ad amandum Deum et non peccandum. Contra quia si intelligatur homo extensus in habituali peccato assumi ad visionem Dei, ita tamen ut Deus subtraheret concursum voluntati, quae aliquin illum amaret et ita expelleret peccatum praecedens amando Deum. tunc homo esset essentialiter beatus existens in peccato mortali. Dicere quod in eis casu deleretur peccatum, quia privatio gratiae desineret esse privatio et fieret negatio, quia iam non esset carentia rei debitae in esse, quia per actum visionis ei eius effectum tolletur peccatum et Deum sub-

¹ ms. braciflamm.

traxisse concussum non tollit visioni hanc naturam ut sit expulsiva peccati; propter hanc ergo visionem, quia natura sua est expulsiva peccati, fit privatio iam negatio. Contra quia si per impossibile saltem intelligatur visione cum peccato, deberet etiam intelligi beatitudo essentialis cum peccato, quod est somma miseria.

Prima sententia est Scoti in 4 d. 49 q. 4 ponens beatitudinem in amore, ut omittam sententiam Aureoli in 4 d. 49 dicentes beatitudinem formalem consistere in actu delectationis voluntatis. Probat Scot[us] quia beatitudo est ultimus finis voluntas autem meus quae in immediate resipiebat finem, tum etiam ex Arcelio libro 2 Cur Deus homo docentis cognitiorum ordinari ad amorem; ordinis enim, inquit perversus est velie amare, ut intelligas, solvitque Scotus rationes. D. Tho. 2 docet q. 5, amorem viue et patiar non tantum penes materiem [39r.] intentionem differe, sed etiam specie penes diversa principia fidei et visionis. Hennic[us] de Gand, cum Quodlibet 1 q. 14 fuisse probasset voluntatem esse nobiliorer quam intellectum, docet Quodlibet 10 q. 14 quod si amor esset sine visione faceret beatum, non tam visio sine amore; probat melius esse amare quam videre, quia prius est odisse Deum quam non videri Deum; maior autem bono teste A[ugustinus] maius malum opponitur; probat etiam ex Victorino libro 6. 7 Dionsym de caelesti hierarchia; item Hennic[us] Ibidem q. 5 ex eadem Hugo[ne] magis uniri voluntatem obiecto quam intellectui; item Quodlibet 13 q. 12 et q. 2, Humanit[er]a in 2 d. 38 a. 10 q. 2; Ricard[us] in 4 d. 49 a. 1 q. 7; Major q. 5; Supplementum Gab[riel] q. 2 a. 2; Corduv[us] lib. 19 Quaestionarii q. 42 et fere omnes utuntur haec ratione; quia voluntas est nobilio quam intellectus: quia inquit habitus, actus, et obiectum voluntatis est nobilissima, nam charitas est perfectissimus habitus, actus etiam voluntatis est nobilior, quia imperans, movens, et voluntibus; item obiectum voluntatis est bonum simpliciter, obiectum vero intellectus est bonum intellectus; quia voluntas appetit bonum toti homini quia est appetitus hominis, intellectus vero fertur in bonum sibi, quia tantum appetit bonum suum.

Contrariam sententiam, quod beatitudo sit in actu intellectu tenet D. Tho. hic et 1 p. q. 26 a. 2 et 30 Contra gentes c. 25 et 26; Caicetus et Petri[ariensis] locis citatis; Sot[us] distinctione 49 q. 1 a. 3; Med[ina] hic; Cartusia[nus] in 4 d. 49 a. 1; Duran[us] ibidem q. 4 supposito quod beatitudo ponenda sit in una operatione. In hac re 1^a supponendum est ex Scriptura aut Sanctis nibil posse

certo colligi: nam quamvis Exudi 33, ut tractat Ciril[us] lib. 8 contra Iulianum circa principium, dicatur si inveni gratiam coram te ostende mihi faciem tuam, ubi dicit Ciril[us] praetiosissima operatio nostra in qua consistit nostra felicitas est contemplatio Dei; item Catholica Icanis 3 cum apparuerit etc. 1 Corinth 13 videmus nunc per speculum etc. et Iuanes 14. ostende nobis Patrem et sufficit nobis et illud David psalmo 57. satiabur cum apparuerit. et Iuanes 18. hanc est vita aeterna ut cognoscant te etc. quod testimoniun, hebet non tantum intelligatur de cognitione per fidem ut intelligent Cirilus et Hilarius, ut late prosequitur Castro verbo beatitudo haeresi 4, sed etiam de visione clara Dei, ut intelligit Aug[ustinus] lib. De spiritu et littera c. 33 et lib. 1 de Trinitate cap. 8 et sermone 3 de tempore: Innocentius lib. 3 De officio missar. c. 8 et 29; Laurentius Iustinianus in fascicula amoris c. 26: Lira, Rupert[us], D. Tho. et alii hunc in locum; tamen inde nec colligitur essentia beatitudinem esse in visione [39v.] ut notavit Suppl[ementum] Gabrieles l. 49 q. 2 n. 3 quia ut colligitur ex Aug[ustino] Lib. octoginta triplex quaestonum q. 69 mcs est Sacrae Scripturae docere tunc aliquid fieri quando cognoscitur fieri et ita visio dicitur vita aeterna quia in visione cognoscitur ipsa beatitudo vel ipsa per visionem habetur, tanquam per intellectum illius, vel ipsa cum status beati includat visionem, amorem, gaudium et huiusmodi, iam per hoc iam per illud explicatur status beatitudinis. Omittit Irenaeus expositionem Scotti explicantis per vitam aeternam esse cognitionem Dei, id est esse vitalem operationem aeternam, cum idem dei possit de operatione damnatorum; idem dico de testimonij sanctorum, nam, quamvis Aug[ustinus] in Soliloquij c. 36 et lib. De beata vita, et in salmo 90 disserit⁹⁰ tota merces est visio et lib. 1 Retractionum c. 14 et in psalmo 85 et c. 1 et 8 in Soliloquij⁹¹ et 22 de Civitate et c. 29 et 10 de Trinitate et lib. de Trinitate c. 9 et 10 et lib. 2 De libero arbitrio c. 3 et lib. De quantitate aminar. c. 33 dixerit beatitudinem consistere in visione Dei. Sicut Irenaeus, lib. 4 Adversus haereses c. 37, Anselm[us] in Monologio c. 66, 67, 68, et lib. 2 Cur Deus homo c. 10 et Dialogo de casu diaboli c. 3. Basili[us] cap. 10 Constitutionum monasticerorum; Damascenus] lib. 2 Fidei c. 12 et lib. 4 c. ultimo; et Cirillus ubi supra, tamen explicari possunt modis

II ms. solequia.

90 "Ciferit" tachada en el texto.

III La "o" corregida en el texto.

supra dictis; quod patet in eodem Aug[ustino] I De doctrina christiana c. 32 et lib. 1 De beata vita, et 1 Retractatio c. 9 ex maxime lib. De moribus Ecclesiae. 8 et 8 De rivitate Dei. c. 1 ubi iam amorem, iam fruitione, iam gaudium appellat beatitudinem. Verum quidem est Aug[ustinus] clavis abquando loquaciter 1 De trinitate c. 7 ibi inquit invenire beatitudinem proprio⁸² esse mentis sicut et inquirera.

2. supponendum est beatitudinem non posse consistere, ut bene Sentus quaestione 5 citata, in actu nolitanis, quia presupponit alium actum nobiliorem, scilicet, volitionem, neque in amore concupiscentiae quia supponit amorem nobiliorem, scilicet, amicitiam, neque in actu reflexo intellectus aut voluntatis, quia actus isti reflexi non possunt habere pro objecto aliquid infinitum; nam qui intelligit se intelligere aut vult se velle non habet pro objecto Deum, qui intelligebatur actu directo vel amabatur, sed habet pro objecto intellectuam aut volitionem; iam autem supra diximus quod verbum beati in quantum eat obiectum intellectuonis alterius non potest beatificare, ergo neque amor amatus potest beatificare amans.

3. supponendum est amorem patriae et amorem viae esse eiusdem speciei atque ita [40r.] in neutrō posse consistere beatitudinem essentialem. Probatur quia amor non specificatur a cognitione, sed a re amata, ergo cum charitas volae et charitas patriae sint pondus supernaturale ad eundem Deum amandum non est cur distinguantur penes modum cognitionis, quis quamvis quod intelligitur mediante alio requirat quod illud aliud prius cognoscatur ut quod, tamen quando voluntas amat Deum cognitum per res materiales non prius amat ut quod res ipsas materiales, sed immediate amat Deum, alloquin sequetur esse diversum specie amorem supernaturalem circa Deum in uno homine atque alio, quia contingere saepe potest ut diversum idolum materiale sit in uno homine, atque alio, per quod cognoscatur utque Deum quem amat, ergo non ex diversitate objecti cogniti immediate diversificatur amor, scilicet, ex diversa re amata.

Est tamen differentia inter delectationem et amorem, quod delectatio in patria datur quac sit diversae specie a delectatione, quae est in via, quia objectum formale est diversum; nam potest primo quis delectari de Dei bonitate, in quantum est Dei et propter Deum, et haec tam in via quam in patria reperitur: secundo potest quia delectari de Deo ut cognitu ita ut sit pars objecti delectationis assecutio ipsa

⁸² Bocardo "excellentis".

Dei; item potest quis delectari de ipsa visione Dei, ut ut visio sit obiectum delectationis et haec utraque delectatio reperiatur in patria distinctae species a delectatione quae est in via; ratio est quia amor non dicit obiectum praesens et consecutum et ita potest esse idem in via et in patria; tamen delectatio semper respicit obiectum ut praesens et in uestiis ad possessionem illius: nam sive delectemur de specie de desiderio ipso semper includitur praesentia obiecti delectationis, nam etiam quando delectamur de memoria rei praeteritae obiectum delectationis semper presupponitur ut habitum, vel ut habetur ut quando delectatio est de re praesenti vel ut habendum, ut quando delectatio ipsa est de ipso desiderio; cum ergo in patria sit nova consecutio obiecti quae non fuit in via necesse est esse novam et distinctam delectationem specie, quamvis non sit animi distinctus specie.

His positis dicendum est: ultimam beatitudinem essentialiter consistere in actu intellectus, quae probari poterat ex Ar[istotele] et aliis Philosophis passim dicentibus felicitatem esse in contemplatione, sed legatur interim Eugubinus lib. 10 De perpetua philosophia; nos, enim, intra disputationes de beatitudine huius vitae illa testimonia adducemus. Si: sentiunt autores citati et D. Tho. hoc loco, et q. 1 a. 10 ad 2m. et q. 9 a. 10 art 2m. et in 4 d. 49 q. 1 a. 10 quaestio[n]ula 2 et Quodlibet 7 q. 9 et 3 Contra gentes c. 25 et 26. Probatum primo ex D. Tho. In 10 d. 1 a. 1 quia visio est status [40v.] nobilissimae potentiae, ergo in illo est beatitudo, quia si homo perficitur magis per nobiliorum potentiarum in ratione potentis, ergo per nobiliorem operationem magis perficitur in ratione operantis, ergo cum beatitudo sit in operatione debet esse in nobilissima operatione, quod autem intellectus sit nobilior potentia inde maxime probatur, praeter alias rationes philosophicas, quia cognitio est id per quod primo differt homo a rebus inanimatis, quae non attingunt Deum ut obiectum; ut, enim, acutus dixit D. Tho 3 Contra gentes c. 25 et in 3 d. 27 q. 1 a. 2 hoc quod est appetere et inclinari in aliud est quid commune etiam rebus inanimatis; unde quamvis de illis etiam dicamus quod appetunt et inclinantur non dicimus de illis quod cognoscunt, quia cognitio dicit quod cognoscens fiat ipsum obiectum per assimilacionem, quod non reperiatur in rebus inanimatis, hoc autem quod est habere pondus et ineluctationem in rem etiam reperiatur in illis; nam sicut voluntas per actum eleictum tendit in rem ita etiam qualibet res naturalis per formam suam, quae est quaedam participatio entitatis Dei, indicatur in Deum, ergo in voluntate prout dicit appetitum

non potest consistere beatitudo. Huc enim, spectat ratio in 4 d. 40 q. ubi etiam optime probat quid sicut appetitus naturalis non est propter se ipsum; neque, enim, res naturalis appetit ut appetat, sed ut consequatur perfectionem rei rationalem, ita etiam appetitus tam sensitivus quam intellectivus non inclinatur in rem, ut inclinetur in illam, neque potest perfectis ultima appetentis consistere in inclinatione, sed sicut semper appetitus sensitivus appetit conveniens vel fugit disconveniens sensibus, ita appetitus intellectualis debet appetere quod est conveniens intellectui, et sicut perfectio ultimo appetentis per appetitum sensitivum non potest consistere in appetitione vel in aliquo actu appetitus, sed in perfectione alicuius sensus, ita impossibile est ultimam beatitudinem hominum voluntate commovere in aliquo actu voluntatis, sed necesse est consistat in aliquo actu alterius potentiae perficiendae; nam sicut rebus naturalibus non est datus appetitus ut appetendo formaliter et ultimo perficiantur, sed veluti in ministerium et instrumentum formae naturae, ut per appetitum consequantur suam perfectionem, ita appetitus rationalis non est datus homini, ut appetendo per illum perficiatur formaliter et ultimo, sed veluti in ministerium vel instrumentum apprehendentis sibi conveniens ut per voluntatem tanquam per quendam gressus animae intellectualis consequatur suam facilitatem sicut dati sunt pedes corporales homini ad obeundas suas operationes, quibus perficiatur, ut acute dixit Dur [andus] loco citato, notans quod voluntatem imperare intellectui non est voluntatem esse superiorem intellectu, sed tantum est habere rationem moventis in finem, ad quem prius dirigit intellectus sicut [40:] pedes ferunt et mecent hominem ad finem et locum, quem ipse intendit: secunda ratio D. Tho. est: quia beatitudo est primum obiectum voluntatis atque ita primum voluntum et consequenter ante omnem volitionem. ergo nulla voluntas potest esse beatitudo, pro cuius intelligentia natandum est quod cum in beatitudine intelligit D. Tho. in hoc argumento non tantum beatitudinem obiectivam sed formalem, id est, consecutionem obiecti; quia, ut bene notavit Ferrariensis 3 Contra gentes c. 25, obiectum et consecutum illius non faciunt duplarem beatitudinem sed unam, quia obiectum non est beatificans nisi prout consecutum; arguit ergo D. Tho. obiectum et consecutum illius est ante obiectum actus voluntatis essentialiter vel sine omni actu voluntatis, ergo nullus actus voluntatis est beatitudo etiam formalis; quod, enim, actus voluntatis non sit obiectum beatificans patet quia omnis actus voluntatis est propter finem et ita impossibile est

nō magis amari finem illum per actum directum qui prior est v. g. in amante Deum quam meam voluntatem circa Deum per actum reflexum, qui posterior est ipso amatitur ipse amor: quid vero non possit esse actus voluntatis consecutio obiecti beatificantis atque adeo beatitudo formalis patet ex exemplis et ratione: primo quia appetitus sensitivus nunquam consequitur, sed sensus per illum, item quia velle pecuniam non est assecutio pecuniae et felicitas quae potest provenire ab honore non potest consistere in appetitu amoris aut amore illius sed in consecutio. ergo cum obiectum beatitudinis summa sit exterum⁸³, sicut est Deus impossibile est per amorem illius beatificari essentialiter sicut impossibile est amorem esse consecutionem obiecti; sed probatur ratione D. Tho hoc loco: quia sicut quamvis beatitudo sit primum obiectum voluntatis, tamen⁸⁴ actus voluntatis non potest esse formalis beatitudo, quia h[ic] voluntate est amor et desiderium et delectatio, nam sicut agens naturale primo dat formam conformatam lapidi cum centro, scilicet gravitatem, deinde dat motum et inde sequitur quies in centro, sic etiam appetibile dat appetitum primo quindam coaptationem et proportionem cum eundem appetibili et haec est amor. deinde dat mutationem et tendentiam et haec est desiderium, tandem sequitur quies illius tendentiae et haec est delectatio, nam ut Ar[istoteles] docuit 3 De anima text 35, appetitus nullus curwic agitur, nam proficiscitur ab appetibili causante intentionem sui in appetitu et terminatur in idem appetibile ut consequendum per appetitum: tunc sic amor abstrahit a praesentia et absentia obiecti, desiderium dicit absentiam obiecti, delectatio non facit obiectum praesens, sed praesupponit illius praesentiam, ergo nullus ex his actibus potest esse beatitudo, quia nullus⁸⁵ est consecutio obiecti; unde trivit D. Tho hoc loco non meminit amoris, quia videbat in rationem amoris imperficienter se habere praesentiam et consecutionem obiecti aut absentium eiusdem, unde maxime meminit delectationis, quam videbat versari circa obiectum [41v.] processus et de qua dixerat Ar[istoteles] stellum esse quererere propter quid aliquid delectetur, quid non dixit Ar[istoteles], quia delectatio esset ultimus finis et beatitudo formalis, sed quia tenet se ex parte ultimi finis et consecutionis, tamquam aliquis effectus resultans ex consecutio. obiecti: unde quia delectatio

83 Gratia delazada en el espacio superior.

84 Corrección de gráfe.

85 Grafe corregida.

est ultimus actus via generationis dicitur esse propter se, id est, non ordinari in ulteriore actum, sicut ordinatur desiderium, non tamen quia possit esse beatitudo formalis et intentio per se primo quia ridiculum est. inquit, D. The. quod finis corporis gravis non sit esse in centro, sed quietatice inclinationis in centrum; si, enī, hoc principiter intenderet grave, ut quietaretur inclinatio, non dedisset illi naturalem inclinationem, ergo dedit inclinationem ut consequeretur perfectionem suam, ex qua consecutione sequitur⁸⁶ quietatio inclinationis, unde ut bene Ferrar[icensis] notavit omne illud, quod est objectum desiderii, debet esse postea objectum delectationis sed non tantum desideramus Deum sed consecutionem Dei et ita desiderium neque est beatitudo obiectiva neque formalis, ergo non tantum delectamur de Deo sed etiam de consecutione Dei et ita delectatio non potest esse beatitudo obiectiva neque formalis.

Sed amicis hactenus fabrum videtur probatum amorem concupiscentiae non posse esse beatitudinem, non tamen quod amor amicitiae, quo diligitur Deus propter se ipsum; nam hic actus non ordinatur ad aliud sed desiderium sive delectationem sive consecutionem rei amatae, ergo talis amor sicut est ultimus finis, ita etiam est ipsa consecutio obiecti, ergo quamvis nullus actus appetitus sensitivus possit esse ultimus finis appetentis per appetitum sensitivum, tamen amor amicitiae in voluntate constat esse ultimus finis amantis, quia tunc sicut appetitus sensitivus semper concupiscit obiectum alteri, scilicet, sensibus, ita voluntas semper concupiscit obiectum alteri, scilicet, intellectui, sed aliquando per amorem amicitiae silit in ipso obiecto. Respondetur ex duplo capite amorem etiam amicitiae non posse esse beatitudinem formalē: primo quia actus voluntatis non est consecutio obiecti sicut actus intellectus, quia, ut articulo secundo huius quaestionei probavimus, non est assimilatio aliquis actus, nisi cognitionis, quia, ut bene Durandus loco citatu, multo maior est unio intelligentis cum intelligibili quam amantis cum amato, quia quamvis unio per voluntatem sit maior causaliter in quantum amor est causa quod amans se conformet amato in operationibus et in quantum potest assimiletur; ita, tamen actus intellectus est formaliter assimilatio et sic maior unio cum⁸⁷ obiecto et ita maior consecutio obiecti; secundo non potest amans amicitiae esse beatitudo formalis, quia beatitudo dicit rationem cum medi, unde Ansel[mus] De casu diaboli c. 4 inquit quod

⁸⁶ Secundum la "con" proclitica

omnis affectio voluntatis est affectus iustitiae aut commodi et addit ex commandis autem constat beatitudo, ut doceret nos [42r] Ansel [mus], quod bene dixit Dur[andus] aliam esse rationem meriti aliquam praemii, quia ad meritum appetitus iustitiae attendendus est, ad prae-
mium vero ratio commodi; unde quamvis melioritas meriti consistat in ratione amicitiae circa Deum, tamen excellitas praemij et beatitudo consistit in maioru commendo; maius autem commodum con-
sistit in nobilitati et perfectioni operatione et in meliori consecutione infiniti obiecti.

Nequis, enim, debet quis praemiari in eo quod meretur quia meri-
tum est id quod exhibetur Deo a merente, praemium vero est id quod exhibetur a Deo homini merenti; nam miles meretur praemium vic-
toriae in capite quam cinaecutus est manibus, et ratio a priori est
quia merens per meritum acquirit perfectionem quae illi deest; haec
autem perfectio deesse potest non tantum potentiae per quam coere-
tur, sed alteri nubiliori potentiae. ergo pro illa etiam ornata volun-
tas mereri potest: sed probatur quia ratio beatitudinis sit ratio com-
modi proximantis a Deo et non ratio amicitiae erga Deum, quia si
ex eo quod haec amicitia facit hominem iustum faceret etiam beatum
sequeretur quod si Deus imponeret praecoptum homini de non desi-
deranda visione beatifica nec habenda et similiter de non desi-
deranda charitate supernaturali nec habenda ita ut vellet relinqueret
hominem in puris naturalibus et vellet etiam quod homo conformaret
se huic voluntati, cum quia in illo casu humo iustus fieret, si eli-
geret carere visione Dei remanens eum solo amore naturali, cum quo
tamen solo beatus esse non possit; merito ergo D. Tho. non meminit
omnis in hoc loco, quia beatitudo dicit rationem commodi, ratio au-
tem commodi dicit presentiam boni beatificantis. amor autem abs-
trahit a praecepta et absentia obiecti, quod etiam patet, quia si da-
retur aliqui optio utrum vellet magis videre Deum aut quod proximus
non offendere Deum, appetitus iustitiae debet hoc secundum eligere,
appetitu tamen commodi eligere, visimem.

2.º dicendum est in hac questione quod, licet visio Dei sit perfectior
entitative quam amor Dei et Ideo beatitudo sit in visione, non
tamen omnis cognitio est entitative perfectior quoniam est amore; hoc
dixerint contra nonnullos sententes non posse dari amorem etiam
supernaturalem, qui sit perfectior entitative aliqua cognitione in esse

re), licet in esse moris et libertatis, quae est aliquid exterum, amor si perfectione probantque quia si aliqua delectatio esset perfectione aliqua intellectione secundum differentiam talis inlectionis, genus, inquit, delectationis esset perfectione nonni intellectione; quia putant generis perfectionis necessare esse omnes differentias esse perfectiones quam sint differentiae genera tantum [42v.] perfectionis. Haec doctrina est contra D. Tho. mille locis, et maxime 1 p. q. 82 a. 8 ubi docet aliquando cognitionem esse nobiliorum amore, aliquando contra et iam diximus 1 p. q. 80 a. 5 quod species hominum ratione differentiae est gravius peccatum quam violatio voti in re Iovi, quamvis genus homicidio, scilicet, peccatum contra proximum sit levius quam genus illius violationis, scilicet, iniuriae contra Deum, quae dicuntur sacrilegium. Item fides divina excedit in ratione virtutis supernaturalis et theologicae scientiam rerum⁹⁸ et tamen exceditur ab illa per evidentiam, ergo potest species speciem excedere nobilitate generis et superiori in differentia, ut patet in corpore incorruptibili, quod procul dubio est genus perfectius quam corpus corruptibile et tamen differentia corporis corruptibilis per quam contrahitur ad esse viventis, sensibilis et hominis perfectior est quam differentia contrahens corpus incorruptibile ad esse carni, dicente Aug[ustino] Formicam esse nobiliorum caelo, ergo sicut sub eodem genere aequalis perfectionis una species excedit alteram in differentia et exceditur etiam ab altera, sic etiam potest species unitis generis perfectioris excedi in differentia ab specie generis imperfectioris, ratio autem a priori est quia ut differentia possit contrahere genus, tanquam propria differentia illius, non tam est; alteranda nobilitatis aequalitas quam proportio contrahentis et contrahibilis; contingit autem saepe quod quae minus distant in ipsa perfectione maxime distent in ipsa proportione; nam una substantia ab altera substantia minus distat quam ab accidenti et tamen non potest uniti cum substantia sicut cum accidenti, ergo sicut non valet aliquid est unibile, ergo cum eo debet uniri quod sit aequalis perfectionis, ita non sequitur genus est contrahibile, ergo debet contrahi per aliquid tantae vel tantae perfectionis, sed tantum sequitur ergo debet contrahi per contrahens sibi proportionatum.

Ait argumenta respondetur: ad primum quid amor viae et patriae videlicet est species, teste D. Tho. infra q. 67 a. 6 in corpore et 22

q. 24 a 7 ut iam probavimus, sed etiam si specie differentia neuter posset esse beatitudo, quia nenter posset esse consecutio ut probavimus; ad secundum concedimus quod visio est beatitudo prout Deus visus est obiectum amoris concepcionis, quia appellatus beatitudinis est: appellatus enim modi, sed hic amor concepcionis subordinatur amori amicitiae et appetitu: iustitiae nique requiritur quod beatitudo sit actus maximus voluntatis formaliter, sed obiectiva, id est, maxime volitus et ideo non requiritur quod sit actus voluntatis; ad tertium patet ex dictis; ad quartum respondetur quod quamvis delectatio dicit praezentiam obiecti non est beatitudo, quia non facit praezentiam obiecti, sed supponit, ita tamen ut si per impossibile intelligeretur delectatio dicteretur esse circa obiectum consecutum [43r.] et praesens, quia adhuc in eo casu delectatio respiceret Deum ut visum et consecutum et non ut visibilem et consequendum: quia, ut saepc diximus, actus cum specificantur ab obiectis realiter existentibus, quia de potentia absolute visus albedinis potest esse sine albedine praesenti, ita etiam in delectatione intelligi posset, quia licet delectatio respiciat rem ut praesentem et existentem per consecutionem, sed hanc praesentiam et existentiam respicit secundum essentiam, sicut cognitio existentiae hominis abstractior ab existentia reali hominis; quinque argumentum petit difficultatem sequentem.

Quaterius 2^a alium si per impossibile esset visio Dei sine amore Dei vel cum odio Dei beatificare et videntem.

Ratio dicitur est quia Aug[ustinus] in Soliloquij c. 6 et 8, et Lib de moribus Ecclesie c. 3 inquit, beatus non est quantum existit qui non habet quod amat aut qui non amat quod habet et adhuc multe, quibus videtur dicere beatificari non posse hominem per aliquid, nisi amorem illud. Bernard[us] tractatu De gratia et libero arbitrio, inquit si ex necessitate et absque consensu propriae voluntatis mala bonave fieri possent, rationalis creatura nec misera nec beata esse posset, cui deesset in utravis parte quod solum in ea miseris aut felicitatis capax est, scilicet voluntas: item D. Tho. infra a. 4 ad ultimum ait nihil mali velle requiritur ad beatitudinem, est quaedam debita dispositio ad ipsam; voluntas autem bona punitur in numero bonorum quae beatum faciunt, prout est inclinatio quedam in ipsa, sicut motus recurrens ad genus sui termini ut alteratio ad qualitatem.

2^a quia quamvis beatitudo essentialiter sit in visione potest esse requisitus omnis amor voluntatis, nam licet actus prudentiae sit actus

intellectus essentialiter sicut actus fidei et actus contemplationis, tamen requiritur ad illos essentialiter motio voluntatis; similiter licet beatitudo in visione consistat, tamen requiritur aeternitas.

3.^a quia summa miseria quae est porta damni non haberet rationem infelicitatis nisi cum ordine ad peccata et nisi irvoluntaria esset et odio habita, ergo felicitas hui potest esse nisi cum ordine ad amorem obiecti beatificantis, sic videtur insinuare D. Tho. in 1 d. 15 q. 4 a. 1 ad 3m. et 1 p. q. 43 a. 5 ad 2m. dicens beatitudinem esse visionem Dei ut convenienter et amabilis; item Anselm[us] De casu diaboli c. 2 inquit nam [43v.] posse esse beatitudinem sine amore justitiae.

In hac re primus modus dicendi est (fugientium difficultatem) quod, scilicet, visio non potest esse cum peccato; quia neque odio habendi potest actualiter Deus visus neque habitualiter, quia relatio peccati habitualis tollitur per visionem: sed refutatur hoc modus primo quia ut aen. loco dicemus impossibile est adulterum, cuius peccatum non fuit privatio gratiae sed aversio actualis libera ad ultimo fine, justificari nisi per actionem liberum, quia, si nubil de novo infunditur, non fiet iustus; si autem infunditur aliquid quod iustum faciat, debet infundi per actionem liberum, aut si dicas posse etiam infundi existenti in peccato habituali, dicam posse etiam infundi existentem illam peccati actualiter; aut si dicas non posse infundi peccatum actualiter, quia repugnat cum tali peccato, dicam etiam repugnare cum peccato habituali non retractatu. cur, enim, homine actualiter peccante debet Deus necessariam omnijn ad corruptandam gratiam per subtractionem concursus; ergo si revera si sicut gratia debaret tolli, ut debet tolli necessario, est quia repugnat bonitati Dei mentiri et decipere hominem testificando aliquid, id est, traducere imaginem in cuius Deus loqueretur representantem rem ultor esse, quam esse; ita repugnat beatitudini Dei esse amicum peccatorum vel peccantis, ita ut sicut repugnat infundere verbum illud, quod esset mendacii verbum, quando res aliter se haberet ex parte obiecti, ita repugnat infundere gratiam vel conservare illam in hominum peccatore vel peccante, quamdiu non retractaverit libere actionem peccati; sicut etiam repugnaret benitati Dei terminare ut suppeditum naturam peccantem vel existentem in peccato; secundo quia hic modus insufficienter responderet, quia quaeritur ulrum si per impossibile intelligeretur homo in peccato⁵⁹ cum visione esset beatus nomine.

59. Terminación dudosa.

Secundus modus Sotii in 4 locis citatis non posse hominem cum sua visione esse beatum, non defectu essentiae beatitudinis, sed defectu subiecti beatificabilis, ita ut sicut ad recipiendam formam requiritur subiectum esse receptivum et proportionatum, ita ad hoc quod visio beatifica requiritur subiectum amans: primo quia non potest aliquis beatificari per possessionem pecuniae imperfectae, nisi amans pecuniam: secundo quia de ratione beatitudinis est, quod sit consecutio et comprehensio nihil autem dicitur comprehendendi et teneri nisi concupitum et quod continebatur nhtineri, ergo necesse est id quod beatificat habere rationem finis obtenti et concupitum, at finis essentialementer respicit actum voluntatis, ergo sicut [44r.] non potest aliquis dici consequi nisi quod amat, ita non potest beatificari nisi per consecutionem rei amatae, neque hoc est facere beatitudinem aliquid complexum, sed aliquid simplex, sub ratione tamen finis; nam ex eo quod obiectum appetitus bruti sit cibus aut potus, non tamen sub ratione formalis finis respectu autem voluntatis cibus vel potus sit obiectum sub ratione finis, non, inquam, ex eo sequitur quod respectu voluntatis sit obiectum complexum, ergo visio ex eo quod debeat beatificare sub ratione finis non sequitur esse aliquid complexum, ergo sicut calor non potest beatificare ullo modo rem inanimatam potest tamen beatificare hominem amantem calorem ad expellendum frigus, ita visio beatificare debet amantem obiecti; quod autem beatitudo sit comprehensio colligitur prius ad Phillipenses 3 sequor si quomodo comprehendam et 1 Corinthios 9 sic currite ut comprehendatis; unde D. Tho. q. sequenti a. 3 distinguunt comprehenditionem a visione ubi declarabimus quid sit comprehensio et ad quam potentiam pertineat.

Sed hic modus etiam est falsus quia, si quid probaret, tantum probaret amorem concupiscentiae esse necessarium ad beatitudinem quod non potest beatitudo esse visio et comprehensio nisi amata vel concupita, non tamen probatur quod requiratur amor amicitiae Dei propter se ipsum, qui tamen solus amur opponitur peccato, ergo non probatur quod homo debet esse iustus amore amicitiae expellente peccatum ut sit beatificabilis, sed quod debet amare visionem ut communio suum, quia ab hoc amore visiu est finis et comprehensio; probatur quia ut aliqua dicitur beatificari per possessionem pecuniae vel per cognitionem angelorum, vel per cognitionem daemonum, vel per cognitionem peccati non requiritur amor amicitiae respectu pecuniae vel peccati, quia sunt incapacia, neque respectu angelorum vel daemonum, quia isti non merentur, illi non requiriunt, quia nec

isterum nec illerent cognitio magis vel minus perficit intellectum cognoscentium per voluntatem amantem amorem amicitiae: secundo adhuc Ialsum est quod requiratur amor concupiscentiae ut res concupita possit beatificare, quia sicut infelicitas, ut facias infelicem, non requirit cognitionem vel odium infelicitatis, quia sine utroque puer, qui sum: in Imbo, intelliguntur infelices, et si per impossibile dominati appeterent caritatem visionis Dei, non ideo essent minus infelices sed multo infeliores; ergo ut aliquis sit beatificabilis non requiritur cognitio habens pro obiecto ipsam beatitudinem vel felicitatem hinc requiritur amor, tamquam aliquid pertinens ad essentiam, sed necessae est quod presupponatur beatitudo essentialis ad amorem beatitudinis sicut obiectum presupponitur ad actionem, et sicut consequitur ad delectationem.

Sed obicies per visionem optimo posse deleri peccatum, quia potest intellectus peccatum [46] deleri per aliqui necessarium prout distinguitur contra liberum, quia secundum communem opinionem, quam insinuat D. Tho. mille locis, prior est gratia quam actus liber, qui intervenit in iustificatione, ergo in illo priori intelligitur homo sine peccato, in quo nihil mundum intelligitur: actus liber, ergo per aliqui necessarium potest deleri peccatum, ergo per visionem Dei; et respondetur quod praeterquam quod non satis est quilibet donum supernaturale ad sanctificandum sed necesse est esse gratiam, quia sicut non satis est actus cuiuslibet potentiae, ut per illum hominem redatur (sic) iustus, sed requiratur quod sit actus voluntatis, ita ad sanctitatem habitualiter etiam de potentia absoluta non potest esse satis fides vel visio, sed sicut amicitia actualis est in ipsam certa actu, ita amicitia habitualis est in quadam certo habili: sed adhuc respondetur quod concurram per aliquid necessarium potest retractari actus voluntatis, nisi etiam actus retractans sit actus voluntatis, quia peccatum actuale voluntatis non potest retractari per actionem tantum intellectus; unde quamvis gratia sit prior in genere causae efficientis quam actus liber quoniam terminus absolute inservit gracie est libera ut definitur in Concilio, quia talis est quod in ea instanti temporis requiratur libertas. Docet expresso D. Tho. infra q. 3 a. 2 ad 2m. Deus non sine nobis nos iustificat, ouia per motum liberi arbitrii, dum iustificamus, Del iustitiae consentimus; illa tamen motus non est causa gracie sed effectus gracie; et q. 113 a. 4 ubi dicit interfundi gratiam deinde converti hominem ad Deum per actum, deinde detestari peccatum, ultimo deleri peccatum; ergo secundum D. Tho.

ut aliquid sit liberum satis est: libertas etiam posterior natura sicut et secundum modum, quem secuti fannus: quod prius intelligitur entitas cuiuscumque effectus prout a Deo est in actibus voluntatis bonis aut malis, quorum entitatis sequitur velut posterior natura dependentia a causa secunda scilicet, voluntate, quia sicut non potest infundi gratia peccatori sine actu libero, qui temet secundum D. Tho. est posterior quam gratia, ita non potest poni a Deo entitas absolute actus voluntatis sine consequente dependentia libera a voluntate libera; et iusta ratio D. Tho. est quia optime intelligitur aliquid disponere et esse viam ad alterum, quod est prius natura, ut docet D. Tho. ipse 3 p. q. 9 a. 3 ad 2m., dicens dispositionem, quae est via ad perfectionem esse a perfectione ipsa, et 1-2 q. 79 a. 4 ad 3m. et De veritate q. 2B a. 8 dicit quod calor summissus est dispositio expellens formam aquae et tamen est efficienter a forma introducita; quia in genere causae materialis, inquit, est prior in genere vero causae efficientis est posterior, et aperte 2 Contra gentes. c. 71 dicit quod dispositiones ad formam procedunt formam, licet sint posteriores in essendo quam forma, ut etiam 3 p. q. 7 a. 13 ad 2m. et 1-2 q. 113 a. 8; sed probatur ratione quod dispositio libera possit requiri ad introductionem gratiae ne fieri dicatur iustificatio per aliquid necessarium; primo quia [4br.] omnes dispositiones naturales, ut dixit D. Tho., sunt dispositiones ad productionem et tamen flunt a forma, quia tales dispositiones requiruntur ad productionem in primo statu in genere causae materialis, ergo ad actionem et non tantum ad conservationem et tamen flunt et subiectantur in forma et ratio a priu est quia dependentia potest esse non tantum posterioris a priori, sed etiam prioris a posteriori, quia tam impossibile est esse causam in actu sine effectu aut motum sine termino, quam impossibile est effectum in actu esse sine causa in actu; secundo quod libertas illa dispositionis possit esse via ad infusionem gratiae, etiam si sit a gratia, probatur quia in universum omne fieri subiectatur in termino etiam si sit via ad terminum, quia sicut dixit D. Tho. in 4 q. 11 q. 1 a. 3 questionula 1 ad 3m. quod ordinatio est in rebus ordinatis et successio in successentibus, ita mutatio est in subiecto mutabili et fieri in re facta immediate; quia fieri non potest inhaerere nisi rei, quae est capax sui effectus formalis, huius autem effectus formalis, qui est hoc esse potest non esse essentialiter, tantum est capax entitas illa quac sit de novo; sed ponamus casum quod Deus ad productionem caeli in primo instanti assumeret pro instrumento agens creatum, tunc actio prout

ab agente creato est via ad caelum producendum et tamen constat esse posterius natura quam caelum, quia est subiective in toto caelo, quod de novo fit aut debet concedi quod illa via non est accidentis aut quod illud accidentis est sine ullo subiecto aut quod caelum est subiectum illius accidentis aut viac. quia etiam qui potunt indivisibilita in quantitate tanquam terminos illius non inherentes quantitatibus, tamen tenentur concedere quod, cum sint accidentia, debent habere aliquod subiectum, con inherenter, sicut habet ipsa quantitas, cuius sunt termini.

Quod si dicas, supposito illo miraculo assumptionis instrumenti, mirum non est quod illa via, etiam si sit accidentis, non inherenter actu, contra quia si haec dependentia ab agente creato multi post tempore a sua creatione alveniret caelo intelligeretur actio agentis creati respectu rei iam productae et intelligeretur esse via ad terminum et intelligeretur inherere termino. Probatur quia caelum illud maneret cum sua antiqua dependentia essentiali respectu Dei, per quam sufficientissime esset sicut prius fuerat extra causas, quia non potest talis dependentia ⁹⁰ reddi insufficiens, nisi per corruptionem talis dependentiae; talis autem dependentia, cum sit essentialis, non potest currumpi sine re corrupta, tunc sic entitas caeli sufficientia sive ⁹¹ dependens a Deo et intellecta prior etiam tempore extra causas per talen dependentiam est capax dependentiac [450.] ab agente creato supervenienti de novo, ergo intelligitur esse subiectum talis dependentiae ab agente creato, cum prius praesupponatur tempore, ergo actio agentis creati supervenientis; tunc ultra possunt intelligi in diverso tempore istae duas dependentias essentialis et accidentalis, ergo etiam possent intelligi in eodem instanti. Item quia in genere causae materialia et formalia id quod dependet ab altero est subiectum illius dependentiae et causationis formalis aut materia. ita ut, quoniam forma est tota et simpliciter pendeat in genere causae materialis a sua materia ita ut non minus non possit esse sine illa in rerum natura naturaliter loquendo quam sine suo efficienti particulariter. tamen tota illa est forma et subiectum dependentiae in genere causae materialis: si ergo forma, ut sit in rerum natura, potest dependere a materia per dependentiam sibi inherenterem; ergo potest dependere ab agente

⁹⁰ Traduções las palabras "essentialis respectu Dei".

⁹¹ Lectura dudosa.

creato per dependentiam sibi inhaerentem⁹²; quod autem dependencia in genere causae materialis et formalis sit posterior natura in rerum natura quam forma ipsa et materia patet quia causalitates materiae et formae sunt posteriores natura extremis unibilibus.

Constat ergo ex dictis 1.º quod actio primi agentis est sufficiens, et prior actione causae secundae, quia ut inquit D. Tho. in 3 d. 23 q. 9 a. 1 quaestio[n]ula 1 actiones secundorum agentium fundantur super actionem primi agentia, quae una communiter est omnes informans, quasi dicat uno et eodem modo Deus concurrit ad effectus sive assummat hoc sive illud agens ad caagendum; unde quamvis revera sit una actio quando Deus et causa secundaria producunt aliquent effectum, sicut etiam est una actio quando Deus producit rem et rem in subiecto, si ab illo subiecto dependet, quia tam diversa dependencia partialis est tam quae est in effectu respectu agentis increati et creati sicut dependentia essentialis et accidentalis, quam in forma prout est extra causas et prout in subiecto, quia impossibile est esse eamdem essentialiam rem et inhaesorem rei, ita impossibile est a Deo dependere essentialiam per eamdem indivisibilum dependentiam; quia cum effectus dependant per se ipsos a Deo sicut sunt diversi, necesse est habebant diversas dependenties.

2º constat infusionem gratiae esse omnino liberam, licet praecedat actum liberum et ita nunquam deleri peccatum actuale per aliquid necessarium, quod potest duplice via intelligi: prima est quod actus ille liber, licet sit a gratia efficiens, sit nihilominus propria dispositio ad talēm gratiam, quia potest intelligi quod effectus causae sit dispositio causae⁹³: nam praeter loca D. Tho. citata [46r.] est aperta ratio, quia potest intelligi expulsio formae contrarie esse dispositio ad formam, quae est causa expulsionis. et sicut modo intelligitur quod forma est causa materiae et materia formae materialia in diverso genere causae, in quantum neutra protest esse in rerum natura sine altera, ita hoc idem posset intelligi si forma causaret materiam efficiens, sicut de facto forma causal quantitatem disponet ad suam primam introductionem materialiter; ita ut in nullo instanti neque naturae possit intelligi forma recepta nisi prævia quantitate, nam quod nos potest decipere est non distinguere inter causam effectus et inter causam ut receptam, ut sapiens distinxit D. Tho. infra q. 113 a. 8 ad 2m., inter infusionem gratiae habitualis, in quan-

92 Cœnia tachada.

93 Lectura dubiosa.

tum infusio dicit actionem agentis iudicantis et inter receptionem aut consecutionem gratiae. nam quavis gratia prout infusa a Deo secundum suam entitatem sit causa efficiens suae dispositionis; tamen gratia ut consecuta vel recepta in anima est effectus dispositio-*nis liberae*; unde dispositio ad gratiam in quantum intelligitur causa materialis gratiae receptae iam intelligitur esse in rerum natura a gratia secundum.⁹¹ suam entitatem, sed non ut recepta in subiecto dispositu. ita ut quamvis gratia nunquam nisi recepta causei motum liberi arbitrii tamen in illo priori naturae, quae est prioritas intelligentiae, intelligiter causa actus et non intelligitur ut recepta; ergo quamvis per huiusmodi gratianam infusione posset deleri peccatum, non tamen per visionem Dei necessario, quia neque ipsa gratia delet peccatum ut necessaria sed ut libera in adultis; quod autem idem possit esse causa et effectus docet. D. Tho. multis in locis, ut 3 *Contre gentes* c. 14 et 1 - 2 q. 33 etc.; secunda via est quod potest intelligi prius dependere necessario a posteriori tanquam a conditione sine qua non; quamvis enim, generale sit omni causae etiam causae sive qua non quod intelligatur prior effectu tamen conditio sive qua non non necesse est intelligatur prior in aliquo genere, ut si dicas risibilitatem esse conditionem sive qua non homo esset homo; unde, quamvis alicui difficile esset intelligere actum liberi arbitrii cum sia effectus gratiae esse causam illius in aliquo genere, satis esset quod intelligeretur ut conditio sine qua non gratia infunderetur, sed parum proprie loqueretur iuxta verba Conciliorum, quia quod est tactum conditione non potest appellari propriis dispositio, similiter in actu libero tota entitas producta a Deo in illo priori naturae satis est ut intelligatur tota illa actio libera [450] quod non possit esse illa entitas sine dependentia a voluntate libera in secundo instanti naturae, quia etiam si per impossibile voluntas non concurreret efficienter ad illum actum, sed tantum materialiter recipiendo illum. si tamen libere posset recipere et non recipere diceretur receptio libera, ita ut hanc libertatem receptionis non tolleret entitas illa actus producta a Deo et facta; quanto minus tolleret libertatem voluntatis in efficiendo illo eodem actu.

Hic positus dicendum est quidam modum esse in opinione D. Tho. quaestionem de nomine utrum si visione esset simul cum peccato homo esset beatus nunc; quia secundum sententiam D. Tho. omnes conuenimus quod tota essentia beatitudinis est in visione et Iure omnes

thomistae conveniunt quid entites visionis Dei possent dari existenti in peccato de potentia absoluta, ut ducet Med[ina] 1 q. 4 a. 4 conclusione 3 et citat Vietorianum in eamdem sententiam; tentum ergo videtur quaestio de nomine utrum in illo tempore et casu operatio illa perfectissima perfectione sua essentiali dicenda sit beatitudinē, necne. Nihilominibus placet mihi sententia Anselmi lib. De casu diaboli cap. 4 ubi beatitudinem dicit constare ex commodis et c. 13 inquit cum qui vult beatitudinem solam tantum velle commodum et hanc voluntatem prout sic non esse voluntatem iustitiae nec iustitiae, sed abstrahere ab utraque respicendo tantum bonum bonitate essentiali; sed addit. non debet esse beatus si non habet iustitiam, immo non potest perfecte et laudabiliter esse beatus, in quibus verbis, ut omnem [Durandus] loco citato idem sententiam, duo docet Anselmus: primum beatitudinem essentialēm in sola visione consistere neque ad essentialēm beatitudinis aliquid aliud requiri ut partem essentialēm beatitudinis: probatur quia visio est essentialis beatitudo, ergo tantum requiritur ad essentialēm beatitudinis in beato, ut sit beatus essentialiter quod requiritur ad essentialēm visionis Dei in vidente ut sit essentialiter videns Deum; ad hoc autem tantum requiritur visio inhaerens sine ulla alia operatione alterius potentiae. Item quia omne bonum receptum perficit subiectum et ita imperfecte beat, ergo bonum essentialiter perfectissimum receptum in subiecto essentialiter beatificat; secundum quod docet Anselmus est id quod passim etiam apud alios sanctos reperimus, quod non est perfecta beatitudo sine amore Dei, et ita absolute loquendo ille qui videret Deum existens in peccato non diceretur beatus quia hoc numen beatitudinis impostum est non tantum ad significandum essentialēm beatitudinis, sed ad significandum etiam exclusiōnem cuiuslibet notabilis misericordie, propter quod si per impossibile aliquis videns et amans illud viderit se amissum [477] visionem et peccatorum aliquando, non diceretur beatus etiam in illo priori tempore simpliciter loquendo; quia licet homo ille haberet totum illud quod requiratur ad essentialēm solam beatitudinis, tamen non excluderet notabilem illam miseriam impendentis mal.

Ad testimonia in oppositum respondeatur quod cum sancti necessario regulum amorem Dei vel luquuntur de felicitate huius vitae vel, si luquuntur de felicitate alterius vitae, loquuntur de statu beati et non tantum de essentia beatitudinis, quia ad statum vitae pertinet amor Dei, vel significant quod neque ipsa essentia beatitu-

dinis constare potest de potentia ordinaria sine amore. Ad argumenta patet ex dictis Ultimum tamen petat difficultatem sequentem.

Quaeritur 3^o in quo consistat summa infelicitas.

1^o supponendum est non necessarii consistere in carentia maximi boni ut v. g. ieiunis hypostaticae. Probatur, beatitudine non consistit in hac unione et dignitate hypostatica, nec sit maior et perfectior quam visio beatifica, quia beatitudinē debet esse in operatione, ergo summa infelicitas non debet consistere in sursum carentia sed in carentia operationis. 2^o supponendum est quod malum culpae est maius malum, quam malum poenae, ut bene D. Tho. I p. q. 48 a. 8; quod a posteriori probatur, quia Deus non patet nisi causa mali cui pro, sicut potest esse causa mali poenae, ergo malum culpae maius est malum, quia repugnat fieri a bonitate Dei; a priori probatur quia malum culpae est malum simpliciter, quia opponitur fini increato, malum vero poenae est "malum secundum quid", quia tantum opponitur subiecto in quo est, ita ut ideo sit malum quia subiecto est malum, at malum culpac non est malum quia subiecto est malum, sed potius contra. ideo subiecto est malum quia in se est malum per malitiam quam habet ex oppositione ad ultimum finem; quem oppositionem cum ultimo fine sub ratione finis habet sibi proprium malum culpac.

His suppositis dicendum est summam infelicitatem nihilominus non consistere in malo culpae, sed in malo poenae, etque ita in carentia visionis beatificae, quae est poena damni. Probatur quia beatitudo, ut supra diximus, habet rationem commodi, ergo respicit rationem bonam prout bonum ei communendum subiecto, ergo similiter infelicitas dicit carentiam boni, prout erat bonum ei communendum subiectio; 2^o quia illa tantum carentia potest esse summa infelicitas essentialis quae excludit necessario summam felicitatem, sed tantum carentia felicitatis excludit necessario felicitatem essentialiem, ergo tantum illa [47v.] carentia est essentialis infelicitas; nam illa tantum potest esse maxime abominabilis appetitu concupiscentiae, quae excludit necessario quod est maxime amabile appetitu concupiscentiae... Sic senti; *Ferrariensis* 3 Contra gentes c. 26 et Sotus In 4 d. 49 q. 1 a. 3 et Med[in]a hoc loco dicens esse sententiam omnium thenologorum

Acute vero notavit Aug[ustinus] 12 de Civitate c. 10 hominem adhuc miserum praestare rebus inanis, quae non possunt esse miserae; quia miseria non tollit perfectionem essentiale naturae, sicut, inquit, non ideo caetera membra praestanti oculis, quia non possunt esse caeca sicut possunt esse oculi.

Quaeritur ultimum, Utrum visio sit perfectior amore.

In qua re suppono 1.^a quod in genere moris perfectior est amor quam visio; quia amor immediate participat genus moris a voluntate, et hinc fit amorem exigendum magis quam visionem, quia in genere moris participat maiorem bonitatem, et ita in hoc genere moris omnia subscrivunt amori et omnia in hoc genere ordinantur a Deo in amorem Dei, scilicet ut ametur Deus; quia bene potest perfectius in esse rei ut est visio ordinari ad imperfectius in esse rei qualis est amor quia in ordine ad alium item potest ordinari visio perfectius quam amor, scilicet, ad offendendam potentiam Dei, quia in re perfectiori perfectius extenditur.

Hic suppositus dicendum est si loquamur de visione in ordine ad amorem, perfectior est in⁹⁵ esse naturae ut satis patet; si tamen loquamur de privatione visionis et de privatione amoris in genere quidem moris eligenda magis est privatio visionis quam privatio amoris; si vero loquamur de his privationibus in esse privationis atque ita in genere mali, privatio amoris est maior privatio et malum quam privatio visionis; ratio est quia privatio amoris opponitur bono simpliciter, scilicet, morali; privatio vero visionis tantum opponitur bono secundum quid, id est, bono prius est bonum subjecti. Neque mirum est quod bono perfectiori in esse rei, scilicet, visioni opponatur privatio minus mala in ratione mali, quia privatio visionis potius opponitur visioni ratione negationis, ergo ratione malitiae, id est, magis opponitur visioni privatio visionis, quatenus est negatio visionis, quam quatenus est male subjecto. At vero malitia moralis est tota ratio oppositionis cum bonitate, ex quo fit quod non potest quis habere negationem visionis, quin habeat oppositum ipsius visionis, at vero potest quis carere⁹⁶ de pulchritudine absoluta gratia supernaturali, quin hoc fiat interveniente culpa [48v.] Ultimo dicendum est, si comparentur negatio visionis et negatio amoris, non dicunt sub hac

95 Las dos últimas palabras al margen sobre la chaladura.

96 "Carere" escrito al margen en lugar de "habere" sin tachar.

ratione negationis aliquam rationem mali, quia malum dicit ordinem ad subiectum privatum bonitatem aliquid tantum possunt comparari istae negationes inter se ita esse physico et ita essentialiter una non est prior quam alia aut perfectior, ratio est quia omnes negationes essentialiter sunt aequales, quia negatio hominis essentialiter est non tantum nihil hominis, sed nihil ipsius iconis et omnium rerum, nam sicut res quaelibet dicit negationem omnium rerum essentialiter, ita ut homo per suam naturam sit non len etc. ita negatio visionis beatificae essentialiter dicit et includit negationem omnium: aliarum: rerum et ita negatio visionis est essentialiter negatio amoris, quia non est amor, dicitur ergo una negatio esse prior quam altera, quia dicit inconcipiibilitatem cum maior: bono, unde negatio visionis beatificae est peior quam negatio amoris, quia talis negatio visionis excludit visionem non tantum a sua essentia negativa, sed a suo subiecto, at negatio amoris quamvis excludat a sua essentia visionem, quia nulla negatio potest esse essentialiter aliquid positivum, tamen non excludit a subiecto visionem, quia potest secundum compati visionem. De odio autem Dei in voluntate et errore circa Deum in intellectu, utrum scilicet sit prius altero et in quo genere, constat ex dictis.

ARTICULUS 5. Utram beatitudo sit operatio intellectus speculativi vel practici.

Conclusio: beatitudo essentialiter est operatio intellectus speculativi magis quam practici, id est, potius est actus speculativus et non practicus: nam apud D. Tho saepe illa particula, magis, non dicit comparisonem, sed exclusionem alterius extremi.

Queritur 1.^o In quo consistat beatitudo viae ut videamus an aliqua beatitudo sit practica. In hac re supponendum est duplē beatitudinem vias considerari posse [48v.] alteram absclutam, id est, non relatam ad ulteriorem beatitudinem, alteram respectivam, ita est, viam et tendentiam ad beatitudinem perfectam patricie sicut homo potest considerari in duplice statu, aut in puris naturalibus, ita ut non esset ordinatus in aliquem supernaturalem statum, aut in statu viae et ordinatus ad gloriam; haec entia distinctione intelligentiora. D. Tho quando pugnare inter se vias sint.

1.^o ergo dicendum est beatitudinem vias, quae respectiva est ad gloriam et beatitudinem perfectam non consistere essentialiter in assecutione, quia de ratione huius beatitudine imperfectae non est assecutio termini, sed tendentia ad assecutionem. Item essentialiter

non esse in operatione perfectissima, immo neque in operatione consistit necessarie, sed satis esse potest aliquis habilis, nam beatitudine viatoris tam est essentialiter beatus propter baptizatus, quam adultus iustificatus, immo neque essentialiter requiritur habitus, nam secluso quocunque actu vel habitu per impossibile humanitas unita Verbo esset beata excellentissima beatitudine viatoris, quia summa propinquitas et dispositio ad assecundandam beatitudinem perfectam animae esset uniuersu ipsa hypostatice, immo quedam modo per solam denominationem extrinsecam ex promissione infallibili divina posset dici homo beatus beatitudine viatoris, si de potentia absoluta humini nunquam habitum gratiam in via promulgaet Deus gratiam et gloriam patriae, nam in quantum viator respectiva beatitudine magis esset beatus per illam extrinsecam promissionem. etiam sine aliquo actu vel habitu gratiae, quam si haberet gratiam sine illa promissione divina de conferenda gloria; essentialis igitur beatitudinis viatoris consistit in quedam ure et propinquitate ad terminum gloriae; et ratio est aperta, quia tota perfectio viatoris, ut viatoris, sumitur a termino visus sed per huncmodi ius ad gloriam qualcumque sit. circumscriptis omnibus aliis, magis appropinquat viator termino gloriae quam per quaecumque alia circumscripso hoc iure. ergo in hoc consistit essentialiter haec beatitudi respectiva ut ducit dixit Aug[ustinus] de verbis Domini in monte sermone⁹⁷ beatitudinem esse duplicem in spe et in re.

Unde infertur beatitudinem hanc viam supernaturalem non recte ponit a nonnullis essentialiter in actu sapientiae, quia actus sapientiae non habet ius ad gloriam ex parte eius quod habet ab intellectu, sed ex parte eius, quod supponit in voluntate, scilicet, ab amore, quando ergo sancti sicut et divinae litterae dicunt beatitudinem nostram consistere in observantia mandatorum Dei, de haec beatitudine [40r.] respectiva intelliguntur et de homine ordinate ad finem supernaturalem; hic enim, simpliciter et essentialiter est beatus per hanc beatitudinem respectivam, qui, si in variis naturalibus crearetur, esset beatus per solam beatitudinem naturalem.

2^a dicendum est beatitudin abenuta, id est, huminis non relati neque ordinati ad finem supernaturalem consistit essentialiter in operatione et perfectissima operatione, quae sit assecutio summi obiecti, scilicet, Del, atque ita consistit in contemplatione naturali

97 Espacio libre para el número del sombr

Dei; ratio est quia beatitudo haec debet esse talis in ordine ad bonum praesentis vitae, qualis est beatitudo patriae in ordine ad bonum supernaturale, ergo debet habere bonum praesentis vitae pro ultimo fine talis vitae ergo debet esse assecutio illius per intellectum, et aperte D. Tho. Inquitur de hac beatitudine naturali praesentis vitae quoties dicit esse in actu intellectus. ut in⁹⁸ hoc articulo secundum magis emendatam litteram in hac verba: beatitudo autem imperfecta, qualis hic haberi potest, primo et principaliter consistit in contemplatione, secundo vero in operatione intellectus practici ordinantis actiones et passiones humanas, ut dicitur. 10 Eccles. hanc enim lectio melior est quam illa ultima postrema: beatitudo qualis est in alia vita etc., quia revera in aliis vitas non quadranti passiones humanae ordinandae, loquitur ergo D. Tho. de beatitudine praesentis vitae, esque naturali, si quidem citat Aristotelem et per huc testimonium huius articuli et distinctionem adduetam de duplice beatitudine viae explicandum est testimonium D. Tho. infra q. 4 a. 5: legatur in 3 d. 27 q. 2 a. 2 et p. 3 q. 62 a. 1 ubi dicit ultima perfectio creaturæ rationalis est duplex, una in hac vita, quam viribus naturae homines possunt consequi, et haec est, inquit, in contemplatione; ex altera vero parte super psalmus 23 et 37 et 40 et 50 et in c. 5 Matthæi dicit miseriam hominis principaliter consistere in culpa et beatitudinem in actu perfectissimæ vitae. scilicet charitatis; ecce quomodo loquitur de beatitudine viæ supernaturali; legatur 3 Contra gentes c. 44 et articulus sequenti ad 1m et ibi Caetanos; unde Augustinus lib. De beata vita ponens beatitudinem in coniunctu bonitate loquitur de beatitudine supernaturali viæ. Neque refert quod beatitudo naturalis, quae est in cognitione Dei, non satiat appetitum hominis, quia non requiritur huic ad beatitudinem imperfectum. Item nihil refert quod non esset perfectissima cognitio, quae viribus adhuc naturalibus haberi posset. nam neque visio clara Dei in uno beato desinit esse beatitudo, quia non sit tam perfecta quam sit visio [49v.] in aliis beatibus; satis est quod ait eiusdem specie ut, videlicet, in via cognosceretur Deus per evidenter multam quod an est, et alia attributa, quae naturaliter fieri et investigari possunt

3. dicendum est in eo qui ordinatur ad finem supernaturalem. beatitudinem viatoris non consistere in cognitione naturali Dei; quia iam in illo desinit esse summum bonum, quandoquidem maius

bonum est ius ad gloriam; unde daemones modo non dicuntur beati, quia quamvis habeant cognitionem Dei naturalem evidenter quod an est, tamen qui ordinati fuerint ad gloriam supernaturalem illorum beatitudo perfecta debebat consistere in visione Dei. beatitudo vero imperfecta in quodam iure ad visionem Dei, carent et visione et iure visionis.

4. dicendum est beatitudo essentialiter viae est essentialiter in una operatione, quia cum sit assecutio, licet imperfecta, summi boni debet esse in operatione perfectissima quae est assecutio, tamen beatitudo viae supernaturalis potest esse in uno acto vel pluribus vel in habitu uno vel pluribus ut in gratia et charitate; ratio est quia haec beatitudo est respectiva et consistit in quodam iure ad beatitudinem perfectam; hoc autem ius potest esse in uno vel pluribus actibus aut in uno vel pluribus habitibus.

Ultimo dicendum est beatitudo viae naturalis non requirit essentialiter rectitudinem voluntatis, quia consistit essentialiter in actu intellectus et hoc non indiget aliis argumentis quam adductis supernari quaestione, sed beatitudinē haec requiri rectitudinem naturalis voluntatis ad sui perfectionem, hoc autem, quod dictum est, est magis certum quam quod beatitudo perfecta non requirat amorem essentialiter, quia alioquin talis beatitudo naturalis esset impossibilis naturaliter, quia homo in statu purae naturae impossibile est naturaliter per multum tempus servare rectitudinem naturalem, beatitudo vero viae supernaturalis cum essentialiter consistat in iure ad gloriam, requirit essentialiter rectitudinem supernaturalem et non uterumque, sed cum ordine ad perseverantiam; ratione est quia nulla rectitudo supernaturalis est ius ad gloriam absolutum nisi includat ultimam perseverantiam, nam rectitudo supernaturalis sine hac perseverantia tantum est ius condicenatum ad gloriam.

Dicess quod nunquam homo est beatus in via hac beatitudine quia nunquam qui est in via includit perseverantiam, quandoque est in via, Responuletur quod rectitudo supernaturalis perseveratura de facto facit beatum hoc beatitudine, quia quamvis posset illa rectitudo non perseverare, tamen de facto perseverabit ex dono supernaturali Dei et ita de facto erit ius ad gloriam et indecirco beatificabit [S. Tr.]; quondam si roges homo existens in peccato de facto habiturus est fortasse ultimam perseverantiam, quia praedestinatus est, ergo poterit esse beatus ex iure praedestinationis et perseverantiae futurae, sicut

si beatitudo consideret in divinis beatitudo imperfecta esset quodlibet ita etiam per extrinsecam denominationem priuationis ad divinas, nam ad beatitudinem non requiritur cognitio quod habeat talis beatitudo, respondetur quod beatitudo sonat aliquid inherens beato formaliter; unde beatitudo per denominationem extrinsecam non dicitur simpliciter beatitudo. Circa beatitudinem huius vitae leguntur Aug[ustinus] epistola 52 et lib. 9 de Civitate per totum, Bern[ardus] in illud Cantici 2, dilectus meus mihi etc. Greg[orius] 6 Moralium c. 18, Lactantius lib. 3 et 4 De divinis institutionibus, Aris [toteles] 10 Ethic. c. 8 et 9 et 7; Politicorum c. 3 qui licet secundum Scotum in 4 d. 49 q. 3 a. 2 ponens beatitudinem in intellectu, dicant nomine delectatione contemplacionis, tamen revera semper inclinavit in actuum intellectus. Legatur ibidem D Tho. quare non est cur Cann 4 De locis. c. 9 dicat Ar[istoteles] etrasse in hac re. cum Sacra Scriptura dicat oppositum: quia revera beatitudo naturalis, si est, hominis non ordinati ad gloriam est cognitio Dei naturalis; male etiam Sotus in 4 d. 49 q. 1 a. 4 conclusione, 5 et Medif[na] 1 a. 7 dicunt beatitudinem huius vitae etiam supernaturalem consistere in actu intellectus cum enlime ad charitatem.

Quatenus 2: utrum beatitudo sit iudicium an sola apprehensio.

In hac re dicendum est iudicium quoddam simplex, iudicium quidem, quia ut bene Medif[na] videns Ocum clare cognoscit Deum esse rastum et binum etc.: est vero simplex iudicium non tantum quia verbum mentis beatissimum est simplex qualitas sed etiam ex parte obiecti, quod viderur; non, enim, est aliquid complexum, quia complexio supponit distinctionem; Deus autem est quid simplicissimum et cognoscitur sicuti est, ergo non cognoscitur tanquam quid distinctum per praedicatum et subiectum; hic, enim, modus cognitivus est proprius cognoscentis Deum per alienas species, at quando cognoscitur sicuti est cognoscitur sine omni distinctione reali inter praedictum et subiectum quis nulla est talis distinctione in essentia neque cognoscitur ul' distinctus per rationem quia sicut ante intellectum distinguenter Deus est distinctus per rationem, ita quando cognoscitur sicuti est cognoscitur sibi nulla distinctione [50a.] rationis ex parte obiecti, alioquin nunquam intellectus sisteret in cognitivo, nam quando cognoscit rem simplicem si esset necessarium cognoscere per aliquam distinctionem ex parte obiecti, ergo necessarium esset cognoscere membra distinctionis: tursus regabo de extremis.

ultimo distinctionis utrum cognoscatur cum alia distinctione, necne;
sic, enim, dabitur processus in infinitum.

Dices, quod omne iudicium debet esse aliquid complexum supponens simplicem apprehensionem extremonum, sed respondetur hoc esse ignorare naturam iudicij: quia iudicium non est componere unum cum altero²⁹; hoc, enim reperitur in nobis propriæ nostræm imperfectionem, sed in eo qui percipit rem sicuti est iudicium est quedam apprehensionis rei sicuti est, quia omne iudicium est intellectus et omnis intellectio est "assimilatio et omnis assimilatio est apprehensionis per similitudinem rei, culus est assimilatio; ita hoc, enim, differit sensus ab intellectu quia licet sensus revera apprehensionis albedinem et quantitatem et apprehendat albedinem esse in qualitate, tamen non potest habere actum reflexum, quia videat rem ita esse a parte rei sicut a se ipso percepta est, quia ut saepe dicit D. Tho. non est veritas in sensu prout in dicente, sed tanquam in quadam re conformi alteri scilicet, objecto, intellectus vero quia ponit hunc actum reflexum potest esse verus tanquam dicens verum.

2º dicendum est beatitudine consistit in visione Dei prout est quidam simplex intuitio Dei, quia hic actus est directus circa.³⁰ Deum sicuti est: non consistit tamen beatitudine in actu reflexu beati, quo dicitur ita est a parte rei Deus bonus sicut a me cognoscitur tum quia iam iste actus supponit actum directum visionis clarae, tum quia si per impossibile hoc iudicium reflexum posset esse falsum et nihil minus visio clara Dei permaneret. Deo per impossibile non existente a parte rei, homo esget beatus per illam visionem directam sicut si beatitudine intellectus consistaret in cognitione angelii, si per impossibile talis angelus annihilaretur, eset falso iudicium illud reflexum quo intellectus indicaret angelum esse a parte rei praesente, sicut intelligitur ab intellectu esse praesens, et ita beatitudo ista consistaret in cognitione directa angelii.

Quæritur ultimo utrum beatitudinem quam consistit in iudicio intellectus, consistat in iudicio speculativo, vel practico.

In hac re Paludjanus) distinctione 49 in 4 q. 3 a. 2 dixit beatitudinem esse duplicem: aliam [Sic!] speculativam, aliam practicam. Santos ibidem. q. 1 a. 4 dixit esse etiam practicam, quia movet ad

29. El "rum" corregido.

30. ms. el.

Tachadria y sobre ella el "circa".

diligendum, imo et Scotus q. 4 quia est directiva voluntatis; unde consequenter diceret visionem Dei claram esse practicam, quia est directiva voluntatis beati cuius voluntatem Scritus non esse necessario direcam: quia ut sequenti questione videbimus, sentit quod beatus hum potest amare Deum visum.

In hac re dicendum est visionem Dei esse speculativam et non practicam, quia si esset practica hoc esset, vel quia incitat ad praxim, ut ad amorem et hoc satis non est, quia est per accidens et committitur omni speculacioni, quae incitat ad amorem vel cognitionem; vel quia versatur circa obiectum operabile et hoc non, tum quia satia non esset, nam scientia in Deo est practica quia sit de re operabilis ut de caelo, sed oportet quod ex vi illius cognitionis fiat obiectum cognitionis, tum quia obiectum visionis beatificae non est operabile, scilicet Deus, sed tantum actus circa tale obiectum, vel quia haberet praxim pro fine et hoc est impossibile, quia impossibile est actuus essentiali esse praxim cuius obiectum non est operabile vel practicum.

2.^a probatur ratione D. Tho. quia actus practicus in quantum practicus non potest esse beatitudo, quia cum debeat esse beatitudo secundum id quod habet ab intellectu, scilicet, in quantum est executionis obiecti non potest esse beatitudo, secundum quod practicus, quia esse practicum habet per ordinem ad voluntatem; iam autem diximus asepe quod ad essentialiter beatitudinis quae consistit in actu intellectus non potest essentialiter requiri actus alterius potentiae vel ordo ad illum et ita frustra se torquent Medina et alii disputantes quomodo actus practicus, cum sit nobilior possit ordinari ad actum voluntatis, nam et male responderet Med[ina], quia communis dictum est Aristotelis] quod agens est propter suam operationem non tanquam finem ultimum, sed proximum, et quia ad rationem D. Tho. intelligendam totum hoc nihil referit.

2.^a dicendum est quod visio Dei etiam [includit] actuus practicum in quo iudicat Deum esse amabilem, quia haec speculatio est, sed in quantum est quidam actus prudentiae praecipiens voluntati, ut amet Deum, sed sicut visio Dei non beatificat prout dicit cognitionem creaturarum, ita neque visio Dei beatificat prout proponit voluntati, ut amet Deum, sed ut videt Deum.

ARTICULUS 6. Utrum beatitudo consistat in consideratione scientiarum speculativarum.

7. Utrum consistat in cognitione substantiarum separatarum, scilicet, angelorum.

8. Utrum consistat in visione divinae essentiae.

Circa hos articulos vide D. Tho et eius interpretes; quedam autem, quae hic dici poterant, commodius dicentur quaestione quinta.

[51v.] **Quaestio 4." DE HIS QUAE AD BEATITUDINEM EXIGUNTUR.**

ARTICULUS 1. Utrum delectatio requiritur ad beatitudinem,

Conclusio est delectatio requiritur ad beatitudinem concomitantem. Difficultates contra hunc articulum bipartite sunt; quedam, enim, pertinent ad explicandam naturam delectationis et ita reiciendae sunt in quaestionem underiman de fruitione; aliae difficultates pertinent ad explicandam cotemporaniam delectationis cum visione beatifica, et haec molles intelligentur postquam q. 10 a. 2 tractatum fuerit, utrum amor necessario sequatur ex visione Dei.

ARTICULUS 2. Utrum in beatitudine sit principialis visio quam delectatio.

Conclusio est affirmativa.

Circa hunc articulum notandum est quod delectatio potest summi tripliciter: primo pro actu voluntatis aut appetitus, qui consequitur assecutionem obiecti desiderati, secundo sumitur pro actu voluntatis aut appetitus, ita ut ille actus delectationis sit obiectum alterius actus voluntatis ut quando quis amat delectationem. tertio modo sumitur pro obiecto delectabili sive si hoc vel illud.

Nolandum est 2." quod de delectatione primo modo sumpta intelligitur dielum Ar[istotelis] I Ethic. c. 2 ridiculum est quaerere propter quid velle homo delectari quia ut bene D. Tho. supra q. 2 a. 6 ad 1m. sicut bonum propter se appetitur ita delectatio, quae consequitur appetitum ipsa, id est, non propter ulteriorem finem; posse

autem assignari ratio¹⁰² universalis, quia cum nihil quaeratur propter aliud, nisi quod est bonum utile, studium est quaerere in bono delectabili vel honesto propter quod appetatur, nam si bonum delectabile appetitur propter aliud nam sit bonum nolle et ita homo iam non querit delectari. Item de delectatione hoc primo modo sumpta intelligitur Aristoteles 1 Ethico c 4 delectatio est perfectio operis non constituentis perfectionem essentiae, sed sicut decor inventus; quia est consequens ad inventutem. Et sic etiam conciliantur dicta D. Tho. infra q. 2 a. 3 ad 3m. inquit quod fruitio Dei est ultimus finis ut adeptio ultimi finis et q. 34 a. 3 inquit, quod aliquis delectatio potest dici optimum. at in huc articulo et 3 Contra gentes c 28 docet quod delectatio non est optimum neque illa potest esse beatitudine ut adeptio, sed haec loca conciliantur: quia quando dicit delectationem esse optimum aut beatitudinem et huiusmodi loquitur de delectatione prout includit et dicit adeptiorem rei ex quo consequatur, quando vero negat loquitur de delectatione secundum sumpta de qua statuit in hunc articulo quod est minus principialis in beatitudine (52r.) quam visu, non quidem in ratione entis, nam licet hoc etiam verum sit quicquid Aristoteles 1 Ethico. c. 6 eu 7 dubitet non ausus definire, utrum contemplatio prius esset delectatione, tamen D. Tho. haec loco tantum contendit quod in ordine ad beatitudinem principiorum sit visio, quia est assecutio ultimi finis, quam delectatio quae tantum est quietatio in ultimo fine iam consecuta.

Nitendum est 3' quod si dilectione sumatur prius actu non qui est effectus consequens assecutionem rei, sed prius actu qui sit obiectum intentum a voluntate; sic conciliabuntur etiam diversa loca D. Tho. nam quando infra q. 34 a. 2 inquit quod delectatio negatur est bona nec mala de se, sed ab amore vel consecutae loquitur de delectatione quae est effectus appetitus. Quae delectatio, cum necessario sequatur ex amore rei consecutae, non est per se prima bona vel mala, sed amor cuius illa necessaria sequitur; quando vero dicit D. Tho. sive quod delectatio morsa est peccatum loquitur de delectatione prout est obiectum; et hinc intentus ab operante. sic enim, est prima causa bonitatis vel malitiae in actu, quoniam appetitur talis delectatio bona vel mala; unde quod nullus cogitare res turpes, ut ex illis cogitatis sequatur delectatio, preceps malitia communicata primo ab ipsa delectatione volita ut obiectum, atque ita delectatio quae nunquam potest esse

primo bona vel mala, et est effectus amoris, potest esse primo bona vel mala ut obiectum amantis; provenit autem ex inordinatio[n]e amantis ponere finem suum in delectatione quae tamen non est asse-
cutio finis.

Natandum est 4^o si delectatio sumatur tertio modo, scilicet, pro
obiectu delectabili. sit intelligitur quod docet D. Tho. ad 2m. quod
bruta querunt operationes propter delectatores, id est, operantur
propter objecta representata ut delectabilia, et ratio est aperta, quia
bruta non possunt habere pro objecto delectationem, quae est opera-
tio, quia operatio appetitus non est obiectum sensus bruti; sic etiam
conciliantur duo dicta D. Tho. qui hoc loco ad 2m. inquit quod divi-
nus intellectus, qui est instituta naturae delectatio apposuit propter
operantes; at 3 Contra gentes c. 26 inquit quod ab auctore naturae
institutum est ut bruta operentur propter delectationem: tantum ergo
significat D. Tho. quod Deus intendit operationem fieri perfecte et
ideo intendens Deus delectationem propter operationem instituit ni-
hilominus ut bruta quererent operationem propter delectationem;
tandem notandum est dictum Ar[istotelis] quod delectatio est propter
operationem intelligi in genere causae finalis, probatur nam sit de-
lectatio respectu operationis sicut passio respectu subiecti quaocumque
sit effectus illius disponit et perficit nihilominus subiectum.

[52v.] ARTICULUS 3. Utrum ad beatitudinem requiratur compre-
hensionis.

Conclusio: ad beatitudinem requiritur visio, comprehensio et de-
lectatio.

Quareretur 1^o quid sit dos? Legi Ricardum [dum] in 4 d. 49 a. 3 q. ulti-
ma Ricardum (sic); ibidem Secundum q. 4 a. 3 Pro solutione notandum
est quod dos potest sumi duplicitate priore late prout significat omne
donum et ornamentum habentis ratione cuius habens talenm donum
dicitur dotatus et in hanc significationem videtur nubi magis quadrare
definitione D. Tho. ubi supra q. 4 a. 3; secundu[m] modo sumitur proprie-
tate spiritualis matrimonij, petita similitudine a dote matrimonii
carnalis, in quo proprie talui datis, quod datur ab his qui sunt ex parte
mulieris sponsi, vel his qui tenenti se ex parte sponsi ad sustinenda
onera matrimonii et secundum hanc similitudinem potest definiti-
dos spiritualis; est donum quod datur beatis quando transferuntur
in gloriam in matrimonii spiritualis perfectionem; unde sicut in ma-

trimonio carnali dōs datur a parte sponsae, sic in spirituali datur a tota Trinitate, quae est pater sponsae: nam pater sponsae, scilicet, Christi est prima persona Trinitatis, sed aliquando etiam in matrimonio carnali solet ab ipso sposo dari dōs sponsai, ut quando senes docunt sponsas virginem: item sicut in matrimonio carnali non datur dōs, usi postquam matrimonium est indissolubile, per verba de praesenti postquam spousa traducta est in dominum sponsi, ita dōs spiritualis matrimonii non datur nisi postquam factum est indissolubile, et post traductionem animae in dominum sponsi, scilicet, in caelum. Neque vero requiritur ad rationem dutis quod datur ad sustinenda onera matrimonii spiritualis; quia nulla futura sunt onera in caelo neque hoc est per se requisitum ad rationem dutis, sed quod datur in salvacionem et iucunditatem in perfectiōrem matrimonii.

2^o dicendum est cum D. Tho. loco citato a. 2 et 3 quod licet in Christo sint excellentissima dōna, tamen non habent rationem dutis, quia dōs datur in matrimonio inter personas eiusdem naturae cum traducitur de novo ad dominum sponsi; et humanitas Christi unita Verbo neque est persona neque viusdem naturae cum Verbo neque de novo traducitur per visionem beatificam ad dominum sponsi; quia nunquam non videt Deum, et similiter angelii, quum non sint eiusdem naturae, non videntur sponsa respectu Christi secundum tantam proprietatem, quam habent homines qui sunt [50r.] eiusdem naturae cum Christo in quantum est homo, et ita ait D. Tho. neque in Christo neque in Angelis sunt proprie dotes.

Quæritur 2^o Ubi dōs sit habitus vel actus.

Solutio in 4 d. 49 q. 4 a. 3 dicit contra D. Tho. et antiquos, ut ipse ait, quid actus ipsi visionis, comprehensivus et delectationis, sunt dotes; rationes ejus levis sunt.

In hac re dicendum est cum D. Tho. q. 4 a. 2. Ricarde] a. 3 q. 7 quod dotes non sunt operationes sed habitus, vel aliquod per modum habitus aut dispositionis, et ratio, quae me inuenit est, quia nomini dōtis non sumuntur hoc loco, ut libet; neque enim, sumuntur prius quamcumque donu. alioquin in via essent dutes, nec sumuntur pro quamcumque donatione, quae datur ab sposo sponsae in matrimonio, quia haec vocatur donu propter nuptias, ut bene D. Tho. loco citato a. 1; accipitur ergo dōs in matrimonio spirituali secundum maiorem similitudinem, quae haberi potest respectu datus in matrimonio carnali.

in quo tamen dos non dicit aliquam operationem sed aliquid per modum habitus et possessoris disponens ad iucunditatem vitae matrimonialis. Confirmatur, quia doles corporis gloriosi non sunt actus, sed aliquid per modum habitus; unde D. Tho. 3 p. q. 45 a. 1 ad 3m. et 4 Contra gentes c. 22 comparat dotem claritatis animae ad dotem claritatis corporis gloriosi; et in 4 ubi supra a. 5 quaestio nuncula 2 concludit: unde sicut dispositions quae sunt in anima beata si perfectam operationem, qua Deo contingitur dicuntur animae dotes. ita dispositiones, quae sunt in corpore gloriose ex quibus corpus efficitur perfecte subtiliter animae dicuntur corporis dotes; unde D. Tho. distinguit realiter beatitudinem a dotibus sicut actum ab habitu ac tandem in larga etiam significatione dotis secundum quam dicimus hominem bene dotatum non significat dos bonam Intellectionem sed bonum intellectum.

Quod si aliquando D. Tho. dicit visionem, comprehensionem et delectationem esse dotem, sicut 1 p. q. 12 a. 7 ad 2m. et in c. 6 ad Hebreos lectione prima non significat hos actus secundum se esse dotes sed ratione suorum habituum, ut ipsemet expresse dixit in 4 d. 49 q. 4 a. 2 ad 8m. et ad 4m. dicens quod quando visu et fructu dicuntur dotes non significantur vel non intelliguntur actus, sed haec sunt a quibus procedunt, et ratio est quia cum non habemus tria nomina, quae significant tres dotes per modum dotis et per modum [53v.] habitus utimur nominibus actuum, quibus clarius intelligamus ipsas dotes.

Quæritur 3^a quot sint dotes.

Ratio dubitandi est quia multi autores numerant inter dotes aliqua dona, quae non numerantur ab aliis autoribus, et contra sepon videtur quod sint plura dona, quae possunt habere rationem dotis; unde Bonaventura in 4 d. 49 prima parte distinctionis q. 5 ponit visionem in parte intellectuali respondentem fidem et delectationem perfectam in concupiscibili voluntate respondentem charitati viae et tensionem perpetuam atque securam in trascibili voluntate respondentem speciei, ut omnes, inquit, vices animae, quae per gratiam habuerunt actum circa Deum in via, habeant per gloriam actus perfectos: fruitio vero, inquit, est quid comprehendens omnes istos actus ubi refutat opinionem ponentium tres dotes visionem, delectationem

et fruitionem, quia, inquit, non ponitur aliqua dos in parte irascibili, quia delectatio, inquit, et fruictio sunt in concupiscentiâ. Ricardus loco citato dicit esse tres dotes: habitum lumina gloriae ad visionem, habitum charitatis perfectum ad delectationem et habitum quemdam ad actum voluntatis respectu Dei, que voluntas est secura sic perpetuitate possessionis boni ardui et hunc habitum appellat dotem perfectae securitatis.

In hac se 1.^o supponendum est ubinam sint isti tres actus visionis, comprehensionis et delectationis, ut inde colligamus quidam sint habitus, qui sint dotes et an sint plures vel pauciores, et quidem certum est visionem esse in intellectu, delectationem esse in voluntate.

Solum est dubium de comprehensione, de qua dicendum est esse formaliter in voluntate, neque esse actum voluntatis, sed relationem quamdam in voluntate quae uniusculla est quod contendebat ad rem amatam, consecutam et praesentam; hoc dixerim cum Calisto hoc locu contra Sotum supra et Melifinam] huc articulo dicentes visionem esse duplum dotem sub diversa ratione, ita ut quatenus cognitione sit prima dos, in quantum vero est consecutio ultimi finis sit secunda das, scilicet, comprehensione; ratio est clara, quia sicut nulla potentia respicit finem sub ratione finis nisi voluntas, ita nulla potentia dicitur comprehendere et adipisci nisi voluntas, quia sicut nulla potentia contendit in finem formaliter nisi voluntas, ita nulla potentia dicitur teneri et obtinere, id est, habere in sua potestate quod ante contendebat [54r.] nisi sola voluntas; hacten enim, voluntas obtineat quod contendebat per intellectum consequentem, sicut homo dicitur consequi et comprehendere hominem, quem insequeatur per manum, tiquam instrumentum sed non dicitur intellectus neque manus consequi et adipisci, quod hispane dicitur alcançar y salir con lo que se prelende. Confirmatur, quia aliud est habere rationem et unum cum re per realem contactum vel realum assecutum est obiectum, aliud est huncinum comprehendere consequi quod volebat et hoc clarus apparet in homine, qui contendebat bonum alteri ut divitias, tunc enim si ille alter fiat divisa opera huius hominis, hic homo qui divitias illi optabat dicitur comprehendisse et consecutum ¹⁰³ esse quod contendebat; in hoc casu qui comprehendisse dicitur non possidet divitias et cum possedit sit in altero amico, comprehensione tamen est in eo qu-

optabat divitias illi amico, qui terce amicus. si alioquin non continebat ipse habere tales divitias, non potest dici comprehendisse, quia comprehendere currentis est per desiderium et motum voluntatis.

2^a supponendum est comprehensionem non esse actum voluntatis, quia in voluntate fictici sunt omnia omnes alii actus, quos fixerunt Ricardus et Bonaventura praeter amorem et delectationem, quia scilicet non potest intelligi quamvis non sit actus in voluntate; licet enim D. Tho. in hoc articulo dixerit comprehensionem esse in voluntate et eius objectum esse rem visam atque ita videtur quod comprehensionis sit actus quandoquidem habet obiectum et tamen re vera non habet obiectum sed terminum, sicut non est actus sed relatio, sed sicut huiusmodi relatio significatur cum in importante quadam actionem. scilicet nomine comprehensionis, ideo eius terminus significatur nomine obiecti, tum quia comprehensionis responderet insertioni viae, quae vere est actio et habet objectum.

3^a supponendum est, quiequid ab qui dicant utrum quod diximus esse de mente D. Tho.: nam praeterquam quod D. Antonius 4 parte¹⁰⁴ 7 c. 7 par. 4 sential inlum hoc et dicat esse de mente Tho. sicut et Cajetanus] hoc loco aperte dicit D. Tho. hoc loco ad hanc comprehensionis nihil aliud est quam tentio alicuius rei, quae iam praestantialiter habetur, ergo secundum D. Tho. praesentia rei et coniunctio presupponitur ad comprehensionem sicut etiam in corporalibus tentio rei, id est, habere rem in sua potestate presupponit praesentiam¹⁰⁵ rei; non enim quaelibet praesentia realia est [54v.] intentio rei et ita dimittere rem non tantum est carere praesentia rei, sed non habere rem illam vel nolle habere in sua potestate; item ad 2m. D. Tho. dicit quod comprehensionis et delectatio pertinent ad voluntalem, sicut inquit, amor et spes, sed delectatio, amor et spes sunt formaliter in voluntate, ergo et comprehensionis: aliqui in sequivoce loqueretur D. Tho. praesertim eum sit eiusdem tendere in finem et consequi finem. licet per alia instrumenta contendatur in finem et obtineatur finis, sicut eiusdem hominis est: coquendare assecutionem hominis fugientis et comprehendere fugientem. hec homo ministerio pedum contendat assequi hominem et ministerio manus comprehendat, tamen neque pedes neque manus discuntur comprehendere Id est, salire con lo que pretensionem sed ipse homo per pedes contendebat assequi et per manus

¹⁰⁴ Lectura difficult.

¹⁰⁵ Tachada la palabra "Del".

assentius est quod volebat, et ad hoc dicit quod ipsa visio vel res visa est obiectum comprehensionis, ergo secundum D. Tho. nequit formaliter comprehensionis pertinere ad intellectum quia non potest visio esse obiectum respectu intellectus in actu directo, ergo permet ad voluntatem formaliter; et cum illa solutione dicitur quod comprehensionis non est aliqua actio praepter visionem et delectationem, quia argumentum propositum erat de visione et delectatione; tum quia inde tantum priuatur quid comprehensionis non sit aliqua alia operatio a visione, non quia si eadem actio, quae est visio, sed quia non est operatio, sed relatio quaedam ad finem iam habitum, ut docet idem D. Tho. in eadem solutione; at habites ita finem desideratum in voluntate est, ergo habetur ad finem habulum in eadem voluntate est (sic), ergo voluntas est quae comprehendit finem, quem facit praesentem intellectus, oportet, enim, distinguere inter comprehensionem physicam et moralern; quoniamvis, enim, alicui alteri potentiae convenire possit sequi et consequi physice rem aliquam, nam de animata sagitta dicere solemus, quod suo motu sequitur et consequitur rem alteram, quae moveatur et consecutio moralis tantum potest convenire voluntati, quae tactum respicit finem sub ratione finis; constat autem quod comprehensionis includit essentialiter consecutionem moralern, sicut et inseccutionem moralern; de hac, enim, loquitur Paulus. si citatur etiam a D. Tho. hoc loco, sic currite ut comprehensio 1 Corinth. 9 et sequi: si quin modo comprehendunt, ad Philippi. 2; legatur D. Tho. opusculum 2 c. 164 et opusculum 16 c. 4 et maxime [55r] 1 p. q. 12 a. 7 lin. ubi aperte dicit consecutionem esse habere finem praesentem; et in sua protestate.

His suppositis dicendum est 1. quod cum dotes debeant esse habitus, ut dixi dub. 2, et habitus disponentes ad beatitudinem et consequentes matrimonium spirituale, merito numerantur tres dotes animae beatae: prima est: lucrum gloriae respondens Rdei, ut aperte dicit D. Tho. in 4 d. 49 q. 4 a. 5 quaestio nulla 1 ad 3m.; secunda dos est habitus in voluntate in quantum est principium delectationis de Deo viso, tertia vero dos est principium comprehensionis, id est, aliquid disponens ad tentionem securam finis, id est, rematio impedimentorum, ut inquit D. Tho. ubi supra, divers. comprehensionis non dicit alium habitum distinctum ab illis duobus, sed importat renotum impedimentorum, ex multis efficiet: ut mens hoc posset praesentialiter consumiri Deo, et hoc, inquit, fit per hoc quod ipse habitus gloriosam animam ab omni defectu liberat, sicut quod facit pars sufficientem ad cognoscen-

dum sine phantasmate etc. ergo secundum D. Th. tercia dos est removere impedimenta ad perpetuo et semper videndum Deum et amandum, quia recta comprehensio dicit fortissimam tentacionem et inammissibillem; neque enim, levius contactus in homine inseguente alterum dicitur comprehensionis alterius.

2. dicendum est gratiam habitualem non esse dantem, quia in via reperiatur sicut etiam neque amor neque delectatio de Deo prout est in se bonus est dos, quia reperiuntur etiam in via ante indissolubilitatem matrimonii, sed secunda dos est habitus prout est principium delectationis de Deo, ut clara visio, quia haec non reperiatur in via, securitas vero de visione non est dos, sed principium talis securitatis est tercia dos, scilicet remissio impedimentorum, sicut delectatio ipsa de Deo clara visio non est dos, sed principium talis delectationis; quia duos quamvis dentur post matrimonium factum indissolubile, tamen sunt priores natura quam ipsa beatitudo ad quam disponunt, sicut dos in matrimonio carnali, licet supponat iam factum indissolubile matrimonium, tamen preveredit lucunditatem et consolationem matrimonialem, ad quam disponit talis dos.

3. dicendum est quod cum dotes, quae dantur in patria comparentur ad perfectiones vias, tanquam perfectum ad minus perfectum, congrue adaptantur tres istae dotes, scilicet, ut visio respondat charitati tanquam ultima perfectio et ultimatio illius, ut doles istae respondeant virtutibus theologiciis, quae sunt in via, quae immediate respiciunt Deum, unde quamvis visio in ratione praenari respondeat animi sub ratione meriti, tamen visio sub ratione dantis responderet et adaptaretur fidei. Ultimo dicendum est quod visio de potentia absoluta potest esse sine comprehensione: [55v.] ratio est aperta, quia ad comprehensionem necessario requiriatur motus voluntatis insequentis finem, quia ubi non est sequi non potest esse consequi; potest autem visio de potentia absoluta communicari homini non habenti ullum actum voluntatis et communicari amissibiliter.

Articulus 4. Utrum ad beatitudinem requiriatur rectitudo voluntatis.

Conclusio, antecedenter et concomitantem requiritur ad beatitudinem rectitudo voluntatis.

Quaeritur 1. Utrum videns Deum possit peccare.

Ratio dubitandi est quia peccator visiens bonum delectabile peccati esse minus bonum quam honestum presumpunt illud contemptu honesto, ergo etiam si Deus apparet ut summum bonum; potest enim diligere beatum.

2^a potest beatus non velle sibi summum bonum amore concupiscentiae, ut, si videns Deum clare, videat Deum velle ut beatus velit cessare a visione, ergo potest beatus non velle Deum amore amicitiae. Probatur consequentia quia si amor concupiscentiae circa summum bonum concupisibile potest vinei ab amore amicitiae circa summum bonum honestum, ergo amor amicitiae circa summum bonum honestum potest etiam vinei ab amore concupiscentiae circa infinitum bonum concupisibile; quia sicut tu dicis quod Deus, quia est infinitum bonum clare visum, necessitat voluntatem ad amicitiam, ita dicam quod Deus, quia summum bonum concupisibile clare visum, necessitat voluntatem ad amorem concupiscentiae. ergo Deo cœlante visionem taliterdam esse, poterit voluntas beati non se conformari tali voluntati divinae propter summum bonum concupisibile, quod amat amore contupiscentiae. Confirmatur quia ex eo visus beatibus necessario appetitur, quia in ilia non apparet illa ratio mali, sed in illo casu apparet iam ratio mali, scilicet, amissio visionis ergo posset voluntas praecepto illo imposito resilire, alioquin desiderium beatitudinis non esset naturale, quando quidem voluntas appeteret amissionem beatitudinis; unde Victoria citatur a Med[ina] hoc loco quod senserit posse visionem communicari homini peccanti et continuanti peccatum de potentia absoluta. Confirmatur secundo eadem ratio, quia si Deus revelaret beato auferendam esse beatitudinem et idcirco ex aliquatione peccatum quid votat quod voluntas beati posset in illo casu non se conformare voluntati Dei volentis visionem et voluntus ut id ipsum beatus vellat.

3^a ratio dubitandi est quia potest Deus conservare in eodem intellectu errorem hunc simul cum visione beatifica, scilicet, magis diligenda est possessio beatitudinis quam liberentia alicuius praecogniti divini, ergo potest Deus impedire causalitatem visionis [56r] beatificae, ita ut ex illa nullus amor sequatur in voluntate. ergo posset voluntas habere actum procedentem ex illo errore dictamine, qui actus esset peccatum. ita ut ex dictamine, non est obediendum, sequatur actus voluntatis anulo obediens.

In hac re fuit sententia Scotti in 40 d. 49 q. 6 par. dico ergo, Gab[riell] in 2 distincione 7 q. 1 a 10 conclusione 3 et 4 et Greg[orius]

in 2 d. 7 q. 2 a. 2. Ocham ibidem q. 19, Supplementum in 4 d. 49 q. 2 a. 3 dubio 6 asserentium voluntatem beati non fieri impeccabilem ex aliquo intrinseco principio, sed a voluntate Dei praeveniente malam voluntatem et continuante delectationem Dei super omnia; probari potest a simili: quia in damnatis videmus, quod non possunt cessare ab actu doloris et rursus videmus ex nulla voluntate aut impletione illius habere aliquam delectationem, ita ut neque ex amore naturali neque ex alicuius temptationis victoria habeant aliquid delectationis refrigerium; hoc autem totum non potest provenire ex aliqua alia causa, quam ex divina voluntate impediente omnem actum delectationis in damnatis per subtractionem concursus, ergo similiter in beatis impeccabilitas et necessaria conformitas voluntatis cum voluntate divina provenit a Deo extrinsece praeveniente omnem malam voluntatem et continuante bonam voluntatem.

Pro solutione nota I.^a tripliciter posse intelligi questionem: primo utrum de facto possit beatus peccare; secundo utrum iam quod non possit habeat id ex natura visionis; tertio utrum iam quod id habet ex natura visionis de potentia absoluta possit id non habere.

Nota 2.^a ut bene Caiet[anus] hoc loco quod D. Tho. non loquitur in hoc articulo de necessitate voluntatis quoad exercitium amoris respectu Dei clare visi, sed de necessitate quoad specificationem, ita ut dicatur respectu Dei clare visi, qui futurus est actus non potest esse odii ~~et~~ amoris.

Notandum est 3.^a de fide esse quod de facto videns Deum est sine peccato psalmo 14 quis ascendit in montem Domini? innocens matibus etc. Isaiae 35, Sapientiae 7, Matth. 5, Apocalipsis 21 et denique ex omnibus locis Sacrae Scripturae in quibus beatitudo dicitur esse aeterna; idem colligitur, quia si de peccato non essent securi, ergo nec de poena peccati ergo neque de aeterna beatitudinis possessione; unde erravit Orig[enes], qui homilia 13 in Lucam asseruit angeles custodes leviter delinquare circa custodiad hominum. cuius erroris mentionem fecit D. Tho. in c. 4 Job. quia ex verbis illius capitilis Ecce qui serviunt ei non sunt stabiles et in angelis suis reperit pravitatem sumpsit occasionem Orig[enes], sed apertam habet expositionem, quia praeterquam quod bene exposuit Chrysost[omus]. Didimus et alii, quos refert in sua Catena super Iob Paulus Comitolus Societatis Iesu, Simanchus clarius in servis suis inconstantiam et in angelis suis inventis stultitiam, quasi dicat ne agitur mirari [sive] quod dixer in horum mortalium nagi est: munibus eorum Deo, quandoquidem serv-

suis et angelis id largitus est. id immutari non possint; unde alia littera legit, si contra servos suos non credit, contra vero angelos suos pravum quid excoxitaret. quod si servis suis non communisit immutabilitatem et ideo contra angelos desertores malum quid. id est, suppli- cium excoxitavit. quanto magis homines imbecilles erunt et eorum peccata Deus puniet; nam revera hunc lucum videtur mihi explicare alius locus c. 15 Job quid est homo ut immaculatus sit et ut iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis et caeli non sunt mundi in conpectu eius, quanto magis abominabilis homo qui bibil quasi aquam iniquitatem¹ quasi dicit, si in sanctis suis non invenit immutabilem naturam, ut patet in desertoribus angelis, qui se poluerunt et ipsum oculum non semper nitet, sed aliquando abducitur nubibus, quid mirandum est homine etc.; ecce quoniam ex his locis neque constat de angelorum culpa esse sermonem. Cito caeli etiam fiat montum sed de immutabilitate et imperfectione naturae, si conferatur cum divina et de pravitate ignorantiae et defectus naturalis, ut explicat Gregorius 2 Moralium c. 27, et ideo inquit angelii inferiores illuminantur a superioribus et iam quod agatur de culpa vel de malis angelis etiam vel damnatis vel eham de bonis, si suae naturae relinquerentur.

Hic suppositus direndum est non repugnare ut quia de potentia absoluta videt Deum existens in peccato habituali et ita rectitudine voluntatis intelligatur quomodo non sit de essentia beatitudinis: probatur quia peccatum habitualis non potest tolli nisi aut per visionem aut per infusionem gratiae aut per actum supernaturalem oppositum, al per solam visionem non potest tolli quia potest Deus impediare ne ex visione sequatur aliquid repugnans peccato; Deus autem ita impedit ne non tollitur peccatum, licet dicatur quod visus natura sua erat productiva allicuius actus vel qualitatis incompossibilis cum peccato, nam si Deus impediret miraculose effectum baptismi, non dicetur: sublatum peccatum originale puer ex eo quod baptismus quantum est ex se deficeret proiungere gratiam incompossibilem cum peccato originali, rursus per gratiam necessariam infusam non dele- retur peccatum, quia infundi non posset, ut supra diximus, nisi re- tractate actu peccati, quo ultimus dominus contemptus fuit a peccatore, semper autem manet ultimus finis contemptus quamdiu non accedit retractatio talis contemptus; omnis autem retractatio vel est actus vel praesupponit actum; secundum autem illos, qui sentiunt graviter non

detere peccatum ratione tantum suae entitatis sed ¹⁰⁶ necessarium esse moralem acceptationem, facilis etiam ratio, quia de potentia absoluta possut Deus non acceptare entitatem illam ad remissionem offendae etiam supposita visione et tandem secundum omnes posset Deus non dare gratiam habitualis evidenti [§7r.] Deum neque concurrens ad aliquem actum voluntatis et ita esset visus cum peccato habituali.

2º dicendum est quanvis actus amoris oriatur necessario ex visione clara Dei, nihilominus per illum actum deleretur necessarium peccatum habitualis tam mortale quam veniale; ratio est quia actus ille voluntatis quanto est minus liber tanto est magis voluntarius et spontaneus, ergo tanto magis repugnat voluntario quod fuit in peccato habituali praecedenti, ergo tantum maior ^p est retractatio talis voluntatii peccati. ergo tanto magis necessario expellitur peccatum, nam actus tantum repugnat alteri actui, in quantum est a voluntate. ergo actus ille qui non potest non esse a voluntate magis repugnabit; nam libertas minuit potius rationem voluntariae; nam magis minuit voluntariac. quae ita amantur, ut non possint non amari quam ita amantur, ut possint non amari, et ita magis voluntarie se amat Deus, quia necessario, quam amat creaturas, quae libere; et ratio a priori est quia voluntarium dicitur quod est a principio intrinsecu. magis autem est a principio intrinsecu voluntatis, quod est intrinseco a tali principio intrinsecu. id est, necessario est ab illo; cum ergo peccato repugnet actus voluntatis, in quantum est a voluntate non in quantum potest non esse a voluntate, consequens est ut necessaria retractatio peccati sit maxima retractatio.

De veriali autem peccato constat quid etiam expelleretur per actum illum amoris ¹⁰⁷ necessarium praecedentem ex visione, quia quanvis non sit formalis et explicita retractatio, est tamen virtualis: quia qui tanto impetu Deus amat, ut necessario illum amet. ec ipso virtualiter postponit omnem alium amorem, qui displiceret Dco ita amato, imo vero si per impossibile simul cum visione esset iudicium aliquod erroneum practicum contra aliquod praeceptum, ita ut sicut ex visione dilectio ita ex illo dictamine infretetur peccatum, vel per impossibile Deus cum dilectione illa, quae nuntiat ex visione, posset simul ponere odium in voluntate adhuc tolleretur peccatum praecedentem.

¹⁰⁶ Tachitura y aclaración de la gracia al margen.

¹⁰⁷ Tachitura y aclaración de gratia.

^p m^s. maius.

habituelle per talum dilectionem; quia si nullum peccatum posset voluntas libere concurrere supposita visione Dei, atque adeo non esset peccatum neque aliquid impedimentum liberum: ad impediendam retractionem quae fit per dilectionem illam respectu peccati habitualis praecedentis.

3. dicerendum est si videnti Deum imponeretur praeceptum, quod obligaretur velle amissionem beatitudinis adhuc non posset per inobedientiam peccare; ratio est quia videt illam esse summatam aequitatem supposita Dei voluntate, non potest autem cum velle summatam aequitatem aut illam odio habere: nam et [57v.] Paulus in capitulo conformavit se voluntati divinae in cessatione a visione; secundum quia de facto omnes beati habent hanc voluntatem conditionalem quia se suaque omnia Dei voluntati subiliunt parati ad amittendum omnia, si Deus id voluerit ex eiusdem Dei amore; nam si damnata vi tormentorum et infelicitatis, quam habent, quasi recedunt ab appetitu naturali quo unaquaque res appetit sinni esse appetentes non esse ut tantum infelicitatem effugere possint ita ut quamvis appetitus essendi naturalis et ipsum esse non possit dispergere tamen hic et nunc propter aliquam circumstantiam odio habetur possessio ipsius esse, quanto magis beati ex amore amicitiae erga infinitum poterant contemnere possessionem ipsius beatitudinis. quamvis ipsa beatitudo non presit illis dispergere, sicut neque ratio beati, et in humanis etiam videmus quod postponitur ab amico fructu alterius amiri et conspectus eius propter omnem et voluntatem amicitiae talis amici.

4. dicendum est radicem huius quod est beatum non posse prece-
re non esse dilectionem, quia sequeretur quod si aliquis videret Deum et Deus de potentia absolute impediret dilectionem, posset voluntas peccare mortaliter aut venialiter, quod tomen est absurdum, quia summa beatitas Dei visi non tantum habet causam amorem necessarium quod exercitium, sed habet necessitatem quod specificationem, ita ut contra Deum clare visum non possit esse actus voluntatis omnino vel quodammodo resilientis a tali obiecto, et sic necessitas quod specificationem fortior est necessitate quod exercitium, quia non potest infinita beatitas odio haberi, potest autem de potentia absolute non amari non solum ex eo quod Deus impedit productionem amoris sed etiam quia posset supposito divino praecepto beatus velle non amare Deum quod exercitium, nam sicut modo quicunque beatus contemptus, etiam si non actingat magnitudinem amoris, quam habet alter magis beatus, et in hoc conformat se divinae voluntati, qui-

Deus voluit dare tantum amorem¹⁰⁸ et velle ut in hoc ipso beatus conformaret se Deo, possit talis beatus velle non amare Deum quoad exercitium, quia sicut probavimus posse velle carere beatitudine, si id Deus praecepit, ita etiam posset velle carere amore; quondam autem hoc esset licitum velle et quod possit ponit praeceptum de hac re de potentia absoluta probatur aperte, quia omne illud quod Deus licet¹⁰⁹ potest velle, potest etiam licite praecepere ut velim sed [58r] Deus licite potest velle negare omnem actionem amoris homini, ergo potest ex praecepto divino hoc ipsum licite velle homo, verum quidem est quod talis voluntas esset amor et ita pro illo tempore non posset carere amorem, tamen per illum actionem posse velle carere amore pro illo tempore.

Ultimo dicendum est ex natura visionis Dei provenit impeccabilitas in beato. In hac conclusione convenienter, exceptis supra vitatis auctoribus, omnes pene alii ut D. Tho. Int. et 1 p. q. 02 a. 8. et 3 Contra gentes c. 62 et lib. 4 c. 92. et Duran[dius] in 2. d. 7 q. 1 et d. 23 q. 1; Sotus in 4 d. 49 q. 3 a. 4; Maior q. 8; Ferri[tiensis] et Calet[anus] ubi supra et Calet[anus] elatio 1 parte q. 82 a. 1 et 2; Palud[anus] in 4 d. 49 q. 7 a. 2; Ricar[dius] in 2 d. 6 q. 1 a. 1; Conradus et Med[ina] in hoc articulo et elatio in a. 1 huius quaestio[n]is. Et est sententia Isidori lib. 1 De summo bono c. 1 Ansel[mus] lib. De casu diaboli c. 6; uterque enim, ex visione qua videtur summum bonum dicere oriri impeccabilitatem. Item Aug[ustinus] 22 De civitate c. 30 sic erit inquit inammissibilis voluntas plenaria et acquitatis quomodo felicitatis; sed necessitas appetendi facultatem provenit ab intrinseco, ergo etiam impeccabilitas in beato. Et ratiō est quia bonum quo perfectius est eo magis allicet voluntatem, ergo infinitum bonum debet allicere meliori modo possibili, sed possibile est intelligere voluntatem allici¹¹⁰ necessario, ergo iste modus concedendus est infinitae bonitati; unde Deus ipse necessario auctor suam bonitatem infinitam. Secunda ratio est D. Tho. sicut se habet voluntas ad bonum in communione, ita se habet voluntas beati ad Deum clare visum, sed voluntas non potest amare aliquid nisi sub ratione boni, ergo voluntas beati non potest amare aliquid nisi sub ratione et in ordine ad summam bonitatem clare visam; quae ratiō D. Tho. videtur difficilis, quia bonum in communione, id est a tota communitate boni necesse

108 Tachado "ut".

109 Tachado "posset".

110 Tachada la terminación "ere".

est respiciat malum; tamen Deo clare viso non tantum opponitur id quod est malum, sed etiam opponitur minus bonum atque ita non necesse est quod recedens a somnis bono amet statim malum, quia pulchritudinem minus bonum. Respondeatur quod sicut bona in communi non opprimuntur nisi malum sub ratione mali, ita primae bonitatis clare visae non opponuntur nisi malum sub ratione mali, quia sicut in bono in communi includuntur omnia^a particularia, ita in Deo clare viso continentur eminenter omnia bona particularia, quia sicut non est maior perfectio Deus et creatio sumul [58v.] quam Deus solus, quia in Deo contineatur omnis ratio continentis, ita non est maior bonitas bonitas divina et creativa, quam sola divina bonitas, ergo sicut voluntas nostra potest non amare bonum ita non potest non amare Deum clare visum: unde tunc potest praetermititi amor Dei clare visi acit contemni propter aliquod aliud obiectum, quin illud obiectum habeat rationem mali, in quod tamen non potest ferri voluntas, quia sub ratione boni nullum obiectum potest movere, nisi in quantum participat primam bonitatem, ergo magis cubet movere prima bonitas, in qua eminenter continetur illud ipsum bonum, quod amandum erat, ergo impossibile est quod bonum creatum, quod movet ratione primae bonitatis moveat contra primum bonitatem, ergo Deus ipse non potest non amari nisi propter Deum ipsum, qui praeciperet ut non amatetur quoad exercitium et adhuc praesupposito illo praecetto posset voluntas velic non amare Deum, sed non posset non amare, quia aliud est velic cessare ab operatione necessaria et aliud est cessare ab operatione necessaria; illud primum posset voluntas beati velle, quia semper fieret hoc volitus propter summam bonitatem clare visam et amabilem: amore amicitiae super omnia: secundum vero non posset facere voluntas, quia non posset impeditre appetitum necessarium, sicut ego possum velle non habere motus primus, sed non possum: facere ut non habeam^b tales motus.

Sed ultiocies: quia videtur quod adhuc beatus possit peccare de potentia absoluta, quia videns Deum clare potest habere iudicium practicum circa aliquod malum faciendum, quic vident illum malum discordare a prima bonitate, quem videt Deo, scilicet, impediente taliter cognitionem illius discordantiae, ergo posset beatus sequi tale iudi-

^a ms. bona.

^b ms. habendum.

cium practicum quod non videt discordare aci contradicere obiecto primario, quid videi; quid autem in isto casu esse posset peccatum quin cognosceretur obiectum illud repugnare Deo probatur, quia alioquin sequeretur quid si quis invincibili modo putaret non esse Deum non posset adhuc peccare. quod tamen est absurdum, quia neque homicidium neque adulterium in illo esset peccatum, imo sequeretur quod fidelis, quicquid mali faceret non cogitans actualiter de Deo, non peccaret contra Deum, sed tantum contra¹¹¹ rationem et unde sequeretur absurdum quid pro tali peccato posset viribus naturae satisfacere; quia non fuisset peccatum contra personam infinitam, ergo satis est peccare hominem contra rationem naturalem ut revera peccet eo ipso contra autorem naturae. ergo similiter beatus potest peccare contra [59r.] bonitatem Dei clare visam faciendo aliquid contra rationem non cognoscendo quod ex ipso quid est contra rationem est contra bonitatem Dei visam, Deo scilicet. impediente cognitionem talis dissonantiae. Dur[andus] in. 2 d. 7 q. 1 videtur ponere impeccabilitatem in beatis non tam ex virtute visionis quam ex virtute rectae rationis contra agibilia et cognitionis discrepanciae a prima illa bonitate visa.

Dicendum tamen est quod etiam si nulla alia esset cognitione in beato praeterquam primarii obiecti, scilicet, Dei et ex alia parte per impossibile haberet vel conservaret dictamen aut saltem iudicium contra aliquod peccatum non posset beatus assequendo tale iudicium peccare, quia etiam si beati non viderent in visione Dei rectam rationem agibilium et consonantiam aut dissonantiam cum prima bonitate, et per alium conceplum repraesentaretur verbum oīnsūm̄ ul delectabile dictum non posset beatus velle dicere tale verbum, nisi in ordine primarium obiectum valitum; quia sicut, scilicet, beatitas necessitat voluntatem ad amorem, ita necessitat voluntatem ad nihil volendum nisi in ordine ad primam bonitatem visam; unde quamvis impeditri possit voluntas beati de potentia absoluta ab amore, tamen non posset libere velle aliquid non referendo illud ad primam bonitatem, nam si in humanis cunctingit tantum esse magnitudinem alicuius negotii ut pene absorbeat totum effectum voluntatis et sicut intellectus atlentissimus alicui rei non potest intelligere aliquid aliud nisi in ordine ad illam rem, ita voluntas beatj prae magnitudine obiecti visi non potest aliquid velle nisi in ordine ad tale obiectum quod maxime alicui-

¹¹¹ Tachado "Deum".

et absorbet omnem molitur voluntatis; hoc enim sonant illa verba quod caelestes spiritus requiem non habent, semper dicentes sanctus, sanctus etc. et aperte D. Th. I p. q. 62 a. 8 ducuit quod sicut non potest voluntas aliquid velle nisi attendens ad rationem boni. ita beatus non potest velle aliquid nisi attendens ad primam bonitatem et sub ratione illius. Respondetur ergo ad Durandum] quod voluntas non poterit velle dicere verbum illud, nisi cognoscat esse referibile in primam bonitatem, quam videt beatus, vel si non cognoscat non movebitur voluntas ad aliquam actionem quia non poterit voluntas invenire rationem aliquam boni nisi prout referibile in primum obiectum.

Ad argumenta initio posita respondetur: ad primum quod peccator potest velle bonum delectabile [53v.] contemptu honesto, quia honestum illud bonum non continet omnem rationem boni; at prima beatitudo, cum continet unum bonum, non potest contemni propter aliquid bonum. Ad secundum cum suis confirmationibus responderetur quod amor amicitiae circa primam bonitatem est fortior omni alio amore concupiscentiae et ita beatus potest contemnere suum esse naturale et beatitudinem supernaturalem ut est bonum proprium propter amicitiam erga Deum ad praecipientem. et ratio a priori est quia opus amor concupiscentiae quamvis versetur circa obiectum infinitum, tamen non versatur circa illud utecumque, sed ut participabile a concupiscente; cum autem omnis participatio possibilis debat esse finita, necesse est quid amor concupiscentiae respiciat obiectum infinitum finite. Ita finitus ita sit pars obiecti, at vero amor amicitiae respicit obiectum infinitum sub ratione infinitatis, ita ut quicquid tenet se ex parte obiecti talis amicitiae sit fortior amore concupiscentiae et contra idem obiectum, quia quando postponitur amor concupiscentiae non postponitur aliquid infinitum sub ratione infiniti, sed aliquid infinitum sub ratione participabilitis finiti, et postponitur propter Deum amatum propter se ipsum et propter suam bonitatem; quid autem possibile sit nolle beatitudinem propter amorem Dei id praecipientis, quamvis contrarium insinuaverit Olcot in suis determinationibus q. 5 et Supplement[um] Gab[rielis] in d. 49 q. 2 a 3 dub. 5; immo et Gab[riel] in 1 d. I q. 6 a. 2 asserentes posse beatum non obedire pracepto de relinquenda beatitudine, quid, inquam, sit possibile immo necessarium probaret quia si possibile est beatum propter

aliquam rationem delle beatitudinem, non potest esse alia fortior, quam id velle Deum, quem vident esse summe amabilem et dignum omni obedientia; quod vero beatus possit id velle propter aliquam rationem patet tum in Paulo, si de fæto videt Deum in illo raptu, tum quia Deus amat a beatis amore amicitiae, ergo propter se ipsum, ergo non ordinant Deum in aliud bonum tamquam in finem ultimum; alioquin iam magis amarent aliquid quam ipsum, ergo bonum concupisibile postpositum habent ut sic bono infinite amato propter se, alioquin magis amarent se ipsum quam Deum, si magis Deum ut bonum proprium quam propter se ipsum et ita Deus non usset infinite amabilis, si potest non amari, imo contineat propter aliquod bonum magis amabile. Ad tertium respondetur quod supposito illo casu adhuc non posset voluntas libere prosequi dictamen cronicum, quia stante illo alio obiecto, scilicet, Deo clare viso debetur concusus voluntati ad illud amandum; etiam quod non daretur tali curiosus non posset voluntas libere prosequi obiectum illud malum, quia ut diximus ab obiectu primario necessitatibus ad nihil volendum nisi propter tale [60r.] obiectum primario.

Quatenus 2: Utrum rectitudo, quae necessario sequitur beatitudinem supernaturalem, sit de essentia illius vel quomodo se habeat ad illam.

In hac re 1^o dicendum est, rectitudo voluntatis, hoc est de facto requiratur antecedenter ad beatitudinem supernaturalem, ut est de fide Psalmi 23, Sapientia 7 et aliis locis supra citatis, tamen curcum est quod posset Deus communicare visionem homini non habenti rectitudinem voluntatis prius tempore, quam ipsam visionem; non de facto non desuerunt qui dicerebat in aliquo casu id posse contingere, ut si quis habens tunum attritionem martir ficeret, tunc enim, martirium ex opere operato conferret rectitudinem voluntati in primo non esse huminis quando perficitur martirium, in quo tamen instanti eliam communicatur visio Dei; sed haec falsitas sun locu refutanda est, quamvis ergo visio Dei sub ratione praemii requirat necessario rectitudinem voluntatis merentis praemium, tamen nec sub ratione beatitudinis nec sub ratione visionis requirit necessario rectitudinem praeviam voluntatis de potentia absoluta.

2^o dicendum est ad beatitudinem requiri rectitudinem intellectus qui careat omni errore; requiritur autem non ad essentiam beatitudinis, sed ad complementum illius, ita ut sicut visioni Dei nos debetur

aeternitas in quantum est visio, sed in quantum est beatitudo, ita carere omni errore est; passio beatitudinis debita visioni non in quantum est visio sed in quantum est beatitudo. Probatur primo ex Sacra Scriptura ubi saepe describitur plenitudo omnium bonorum, quae futura sunt in beatitudine et carentia omnis talis; error autem malum est intellectus; si ergo corpus liberum futurum est ab omni contrario, quanto magis intellectus ab omni errore, unde bene D. Tho. infra q. 5 a. 4 dicit falsam opinionem non esse in beato quia esset aliquod malum; error autem malum est intellectus.

Neque, enim, placet quod nonnulli dicunt quod sicut per beatitudinem non excluditur nemis ignorantia, quia multa ignorat unus beatus, quae tamen alter cognoscit. Ita, inquit, non excluditur error intellectus; ita Oleo in suis determinationibus 4 q. 9 a. 2, inquit, quod de facto est aliquis error in beatis circa ea, quae ignorant, quia revera magna est differentia inter ignorantiam et errorem; quia error semper est malum aliquod positivum intellectus et ignorantia non semper est malum, quia non semper est privatio scientiae debitae in esse, sed aliquando est simplex negatio; intellectus autem non est imperfectus per simplicem negationem, sed per negationem scientiae debitae [60v.] in esse vel per errorem contrarium scientiae; unde beatus non dicitur habere aliquod malum quia caret maiori vienite Dei et cognitione plurium evocaturatum, quia illi non debet; dicitur habere aliquod malum si erraret circa talia obiecta: utia ut error sit malum intellectus non est attendendum, tunc debeat scientia necne, quia error est positivum malum in ordine ad intellectum, quare beate Augustinus] in Enchiridio dixit, nullo modo falleremur in aliquo vel animae vel corporis sensu, si iam vera illa felicitate frueremur.

Sed obicies, quid prohibet intellectum imperfectorem hanc errare circa illa quoniam scientiam assaequi non potest? Respondetur quod error in beatis ex duplice capite possit provenire, vel ex culpa voluntatis et levitate credendi et assentendi, sicut deamones circa supernaturalia semper falluntur circa naturalia, vel potest provenire ex imperfectione intellectus non pulentis attingere causam quae ostenderet falsitatem rei, quac ita se apparet; neutrum autem habet lucum in beatis, quia cum sint prudentissimi certa pro certis agnoscunt dubia pro dubiis, et quae cognoscunt per conjecturam non assentient esse vera, sed verisimilitatem illarum conjecturarum agnoscunt. Ita ut cohibeant a sensu in dubiis et probabilibus; secundo per spiritus

leim manutencentiam Dei habent beati ut qui errare possent ex imperfectione intellectus quanvis non ex culpa voluntatis, tamen sicut ratione status beatifici habent cognoscere quae spiritualiter ad illos pertinent, ita ob eandem rationem habent liberos esse ab errore proper manutenciam Dei: legatur Aug[ustinus] 9 De Civitate c. 22.

Ultima dicendum est beatitudo viæ supernaturalis, licet requiri rectitudinem voluntatis, non tamen excludit errores inculpabiles; beatitudo autem naturalis hominis qui non ordinaretur ad finem supernaturalem non requireret rectitudinem voluntatis quia illam per multum temporis hic non posset, tantum ergo excluderet errorem naturalem circa Deum, in cuius contemplatione naturali beatitudo illa non sisteret; si vero loquamur de beatitudine animae separatae tantum requireret ad complementum et perfectionem rectitudinem voluntatis naturalem et exclusiorem unius erroris circa naturalia; quis animae pro illo statu cum deberet infundi cognitio rerum naturalium, quas iam per corpus non posset cognoscere, deberet tali cognitio esse perfecta sine admitione erroris, praesertim quod beatitudo illa animae separatae deberet habere rationem praeceps respectu operum viae atque ita debaret esse naturaliter perfecta: quia in illo casu, in quo humo intelligeretur non ordinatus ad finem aliquam supernaturalem, posset per brevissimum tempus bene moraliter operari et statim capi ad beatitudinem naturalem [61r.] animae separatae; legatur Castro De hacresibus verbo beatitudo. haeresis 5

ARTICULUS 5. Utrum ad beatitudinem hominis requiratur corpus

ARTICULUS 6. Utrum ad beatitudinem requiratur aliqua perfectio corporis.

ARTICULUS 7. Utrum requirantur aliqua exteriora bona.

ARTICULUS 8. Utrum requiratur societas amicorum.

Quaeritur 1^o circa hos articulos. utrum ad beatitudinem imperfectam regnator corpus. In qua re certum est corpus non pertinere ad essentiam illius beatitudinis, quia cum non sit beatificabilis creatura illa nisi intellectualis in quocumque genere beatitudinis intelligatur homo beatificari habet hoc ratione animae non ratione corporis; hoc supposito.

1.^o dicendum est, si homin crearetur in pars naturalibus non ordinatus ad finem supernaturalem, non requireretur corpus ad beatitudinem naturalem animac separatae, quia corpus quod intra limites virtutis materialis potest habere anima, est corruptibile, corruptibile autem corpus subditumque passionibus potius obesset impeccabilitati,¹¹² beatitudini, scientiae et cognitioni; in eo autem casu nihil supernaturale deberetur animac circa stum corpus, cum non esset nec fuisset ordinata ad finem supernaturalem. Item quia si requireretur ad beatitudinem naturalem corpus, sequeretur quod resurrectio corporum post factum semel separationum animarum esset naturalis, cum tamchz constantissimum sit apud sanctos resurrectionem etiam parvulorum in origine decedentiam;¹¹³ et ipsorum damnatorum futuram miraculosam, ergo beatitudo naturalis animac separatae non potest illam [61v] naturaliter requirere, ne tandem quia corpus requisitum ad hanc beatitudinem vel deberet esse possibile vel impossibile, non prius quia corpus possibile post primam separationem animae non posset illi naturaliter debetri, quia aut deberetur ex vi dispositionum et hoc non, quia praeterquam quod omnes dispositiones forte redire non possent¹¹⁴ aut contingentes redire simulque concurrent adhuc si ista redirent non esset naturale reuniri corpori, quia dispositiones illae non eamdem animam, sed diversam numero postularent naturaliter loquendo, quia specie humanae debitum est multiplicari secundum numerum pro diversitate numerica dispositionum etiam similium, quia nullae sunt illa certae dispositiones postulantes creationem huius numero animarum, quae non possent naturaliter esse naturales dispositiones ad aliam numero animam. Quam Deus crearet loco illius, quam creavit, sicut subiectum indifferentis est ad recipiendum hunc vel illum calorem numero.

Si autem dicatur debere esse corpus possibile post separationem non quidem ex vi dispositionum sed immediate a Deo, ita ut siue animae separatae nunquam cylindrac ad finem supernaturalem deberetur perfecta cognitio et rectitudo voluntatis circa naturam si beatificanda esset beatitudine naturali, ita dicatur quod deberetur etiam reunio sui corporis, non quidem aliquibus dispositionibus, sed ipsi beatitudini naturali: quia si prima infusio animae in materia postula-

112 Tachadura.

113 Tachaduras en la pág abra.

114 Tachadura.

vit dispositiones ad unionem animae cum materia ita ut si infundetur sine illis fuisset miraculum, ita secunda unitio animae cum materia non posset requirere naturaliter dispositiones; quod autem non deberetur corpus impassibile probatur. quia humini naturale est habere contraria ad perficiendas suas operationes et per consequens naturale est agentibus naturalibus posse agere in hominem; si autem corpus hominis esset impassibilis per qualitatem intrinsecam esset supra naturam hominis cui naturale est habere contrarium et impossibile est eidem homini esse naturale habere contrarium et non habere contrarium; si autem per extrinsecam providentiam Dei fieret impassibile, tunc fieret miraculum circa agentia naturalia dum non permetteretur agere in corpus normaliter possibile quod habebant naturae sua, ergo ad beatitudinem animae separatae non ordinatae ad finem supernaturalem nulla via posset requiri corpus naturaliter, id est, extra miraculum. Confirmatur quia si impassibile corpus naturaliter posset debere, sequeretur quod rursus non esset naturalis homini, quia si impossibilitas deberetur corpori vel statim post separationem animae vel longo post tempore deberetur; s. primum quorum intercederet naturaliter separatio corporis quod posset fieri statim impassibile sine separatione; non secundum quia non esset ratio cur hoc vel illud tempore potius quam alio daretur impassibile corpus. praescilum quod beatitudinem illam naturalem magis impedit corpus quam perficit, quia, cum operationes humanae radicentur in eadem anima, necesse est, ut saepe docet [62r.] D. Tho unam operationem minus dum altera interditur, et ita dispersa virtute animae ad operationes corporis perficiendas necessum erat contemplationem naturalem remitti, atque ita beatitudinem illam naturalem, quod non contingit in beatitudine supernaturali, ut infra dicemus duò 3.

2.^a dicendum est ad beatitudinem naturalem hominis in hac vita requireretur, quia cognitio Dei deberet etiam haberet ministerio sensuum; unde indirecte quo quis melius corpus sortitus esset, beatior esset, si tamen quis melius haberet corpus et inferiorem cognitionem Dei esset minus beatus.

3.^a dicendum est beatitudo supernaturalis imperfecta huius vitae, licet ex natura sua non requireret necessario corpus, quia sicut angelii ita et animae sine corporibus viatrices esse potuerint, tametsi ratione subjecti, quia scilicet reperiuntur in humine, cui naturale esset esse viatorem per animam simul et corpus, petit haec beatitudo im-

perfecta corpus ut constat de facto; perfectio, autem, vel imperfectio ex: potis parvum referit ad hanc beatitudinem essentialiter perficiendam. nisi indirecte in quantum perfectio corporis prodest ad virtutem; sed etsi haec caeteris paribus ex parte iuris ad gloriam sicut beatitudinem supernaturalem perfectam compleat et percipit gloria corporis, quia impossibile est quod aliquod bonum in quantum bonum non reddat ¹¹⁵ beatitudinem cumulationem. Et idem aliquid est de bonis aeternis et de societate amicorum, quamvis haec saepe obsint beatitudini supernaturali huius viac proupler infirmitatem naturae corruptae.

Quaeritur 2.^e Utrum ad beatitudinem supernaturalem patrum requiratur corpus.

Ubi supponendum est ad perfectionem intrinsecam visionis beatificae nihil referre corpus vel carentia illius, quia, ut infra dicemus, neque includitur neque remittitur visio Dei proprie operaciones corporis; tantum igitur est difficultas utrum de falso et ex iuste Dei requiratur corpus ad hoc quod anima videat Deum, ita ut anima separata expectet corpus ut simul coenirentur. cum simul semper pugnaverint In hac re fuit error etiam apud nonnullos ex Sancti Patribus quod animae exutae corporibus non vident Deum [62v.] ante diem judicii.

2.^e notandum est falsum esse attribui hunc errorum Joanni XXII ab Ocham in opere 93 dierum et ab Adriano Papa in fibe quaestio[n]is De sacramentis Confirmationis. Il duo dicunt: Joannem XXII subscrivisse huic errori et docuisse et Academiae Parisiensi praecepsisse ut idem doceret; sed non est probatum hoc testimonium praesertim Ocham valde infensi Joanni XXII et ob id damnab a Patribus Concilio Tridentino, seil et Benedictus XII, qui Cardinalis erat tempore Iuanonis XXII. In sua Decretali docet quod cum Iohannes XXII se compararet ad concordationem in consistorio publico multisque p[ro]fessis et magistris iniungendo districtius ut in hac re deliberate ¹¹⁶ dicerent quod sentient, morte praeventus, sicut Domino placuit id perficere non posse. Legatur Pikius 4 De ecclesiastica hierarchia cap. B; Cano 6 De locis c. 3; Castro verbo beatitudo haeresis 4; Marsilius] in 4 d. q. 23 a. 3 ubi docet Parisiensem Academiam edidisse decretum contra hunc errorum.

115. En "d" de la palabra anterior unida a "re" y en la palabra ibérica tachado el grupo "re" y sobre él escrita el grupo "ra".

Notandum est 3^o immerito hunc errorem a nonnullis adscribi Augustino, Chrysostomo, Cipriano et Ieronimo; nam Ireneaeus ut putavit Castro, loco citato videtur ad docere lib. 5 De heretibus ad finem, quae verba jam habentur in nova impressione cap. 31 in fine; legendus est ab illis verba: cum enim dominus in medio umbras mortis etc. usque ad illa verba, et ibi usque ad resurrectionem commemorabuntur et sic venient ad conspectum Dei; sed aperte Ireneaeus docet oppositum lib. 1 c. 2 et lib. 2 c. 63; neque ita quius interpretandus est Ireneaeus loco citato quem Aug[ustinus] et alii. ut videbimus, et defenditur Ireneaeus a suo scholiaste seu Ardentio lib. 5 citato. Item Augustinus in Enchiridio c. 108 et in psalmum 35 et 12 De civitate c. 9 et 12, De genesi c. 35 et 10 Retractionum c. 14 dicit animas sanctorum contineri in adeptis receptaculis usque ad diem iudicii et nondum esse ubi erunt quando eis dictum fuerit, venite benedicti etc., sed revera Augustinus aperte docuit oppositum saeppe et maxime sermone 4 in solemnitate omnium sanctorum et defenditur a Sixto Senonensi lib. 2 Bibliothecae annotatione 69, Ambrosius lib. 2 de Cain et Abel, sylviliter, inquit, a corpore anima et post finem vitae huius adhuc tamen futuri iudicij ambigua suspenditur, et lib. De bono monitis c. 10 dicit, coronac diem spectari ab omnibus et appellat infernum, qui non videtur. Necum in quo sunt animae coronibus crutae; [63r.] sed aperte Ambrosius docet oppositum in epistola. 59 et in illud ad Phil. 1 cupio dissolvi, et in 1 ad Cor. 13 et defenditur a Sixto Senonensi lib. 5 annotatione 64 Chrysostomus homilia 39 in 1 ad Cor. animae quamvis sexcenties, ut est immortalis, tamen sine carne ipsa admirandis illis bonis non fructur, quemadmodum neque pueris pubebit; nam si corpus, inquit, non resurgat, anima nostra incoronata manebit et extra caelos beatitudinem exit, et homilia 28 in epistolam ad Hebreos; ii mercedem non ceperunt ne sine nobis consummarentur; unum, inquit, definivit tempus omnium coronatum et qui ante tantos annos vixit tecum accipient coronam, procederunt in certaminibus, sed non in coronis, nec Deus ob id illis iniuriam intulit, sed nos honoravit, et ipsa Domini gaudent. De luce autem in quo ipsae omnes detincentur nondum coronatae videtur dicere, quod si Abrahæ sinus, in illa verba ad Hebreos 5. accedamus ergo cum fiducia, et homilia 33 ad populum Antiochenæ et homilia 53 in Matth. et homilia 40 in Genesim; eundem locum solent appellare sanctum vestibulum, quasi spectet in vestibulo aedi admitti ad conspectum Dei; sed revera oppositum omnino sentit Chrysostomus,

quiequid Cornelius Agripa Anabaptistarum ac Seclerum lib. 3 de occulta Philosophia probare conetur, ut patet homilia in illud Sapientiae 5 iustorum animae in manu Dei sunt etc. et homilia 89 ad populum antiochenum et homilia 16 in epistola ad Romanos et homilia 32 ad Philipenses et non tantum defenditur a Sixto Senonensi lib. 6 Bibliothecae annotatione 284 sed Pamelius Scholiastes Cipriani miratur. in epistola 16 impudentiam ilorum, qui tribunt hunc errorrem Chrisostoma, a quo etiam defendit ipsum Cyprianum et merito, ut patet epistola 16 et clarissime epistola 26 et in epistola ad Antonianum. Neque est cur credatur fuisse huius erroris Clemens Alexandrinus, quia licet citetur a Sixto Senensi (sic) lib. 6 Bibliothecae annotatione 345, tamen cum illud citetur ex mente cuiusdam haereticici et locum ipse Sextus non viderit praesumendum est male de malo.

4.º nutandum est hunc errorem fuisse Tertuliani in multis locis neque referuntur a Pamelio inter paradoxas Tertuliani paradoxas 8, Origenis homilia 1 in Leviticum et lib. 2 Periarchon non longe a fine, et lib. 4 Periarchon. Lactantius lib. 7 Divinarum Institutionum c. 20 ne quis piam putet animam post mortem protinus iudicari. nam omnes in una communis custodia detinuntur [63a.] Victorinus Martin In Commentariis Apocalypsis, in illud c. 6 vjd[imp]s sub altare Dei; aperte etiam Bernardus sermone 3 et 4 in solemnitate omnium sanctorum. neque potest explicari per ea quae ducet sermonem 2 in vigilia Nativitatis. Occasionem sumere potuerunt ii sancti et alli, quos citant Sextus Senensis (sic) lib. Bibliothecae annotatione 345, quamvis multi ex his quos ibi citat explicari possint sicut explicabimus infra Augustinum, Ambrosium et Chrisostomus; occasionem, inquam, sumere potuerunt ex illo Lucae 16 ubi dicitur dives vidisse Lazarum in sime Abrahae, et Apoc 6 de animabus sub altari etc. Lucae 23. hodie mecum eris in paradiſo (sic), et ad Hebreos 11. si non acceperunt reprobationem. Dico pro nobis melius aliquid providente, ut ne sine nobis consummarentur: item ad Rom. 8. ad Titum 2. & Thim. I et 4 et 1 Ioan. 2 et 4 Mat. 25 in quibus locis videtur differri corona usque ad diem iudicii.

Sed his non obstantibus, de fide est oppositum nec mirum est nonnullos sanctos Patres sensisse quod supra diximus, quia nonnulli fuerat per ecclesiam definitum, ut modo est ab Innocentio III in c. maiores de baptismis et in cap. apostolicam de presbitero non baptizato. et a Benedicto XI, ut refertur a Castro verbo beatitudine haeresi. 8. et in Concilio Florentino sessiones 1. et Tridentino ubi supra, et in B-

teris (sic) unionis, et in Concilio Maguntino c. 46 et 36, et in Tridentina sessione 25, in decreto de veneratione sanctorum. et probatur ex illo Pauli ad Philip. 2 cupio dissolvit et esse cum Christo et 2 Corint. 5 scimus quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur, quod aedificationem ex Deo habemus domum non manufactam, aeternam in ecclesiis. et paulo post, bunam voluntatem habemus peregrinari a corpore et praesentes esse ad dominum, quae loca ita hunc sensum interpretatur Chrysostomus. Item ex illo Lucae 23 hodie mecum eris in paradiiso. id est, videbis essentiam divinam. et ex illo 2. Corinth. 5 quando sumus in corpore peregrinatur a domino et Apoc. 6 ubi describuntur animae sanctorum habere primam stelam et spectare alteram, id est habere gloriam animarum et spectare gloriam corporis, et ad Eph. 4 ascendens in altum captivam duxit captivitatem, id est super omnes carlos, ipso Pauli interprete expositio horum locorum in hanc sententiam patet ex sanctis, quam ipsi docuerunt. ut constat tum ex supra adductis tum ex his quas afferit Castro ubi supra, et ratio id probat: quia praecepit Leviticus 19 ne differretur mercede mercenarii non probavit gloria animas sanctorum per tota acula, praeceptum cum iam ille status non sit status mercendi aut deciderandi ut ex alia [64r.] parte beatitudine sit operatio independens a corpore. ergo sicut disponenti sed ac gloriam sufficienter statim datum gratia, ita merenti sufficienter gloriam et existenti extra statum via toris et parenti omni impedimento dabitur gloria. Item quia poena statim infligiter malis post mortem, ergo et gloria statim confertur bonis; item quia Concilia definitum per Passionem Christi apertam esse ianuam regni coelestis; at si animae spectarent aliique gloriam essentiali non posset dici aperta esse illis ianua regni coelesti; unde D. Tho. 4 Contra gentiles c. 91 et opuscolum 6 c. 9; unde quando in liturgia Iacobi petitur requies pro antiquis Patribus non intelligendum est illud fieri per depreciationem, sed per quamdam gratiarum actionem, sicut diximus suo loco de sacrificio Missae, verba quae dantur post consecrationum in Uta et in aliis Liturgiis, quibus petitur ut sanctificetur illud sacrificium explicanda esse vel per anticipationem vel per gratiarum actionem vel in ordine ad Iuculum: noluntur. id vero quod habetur apud Clementem lib. 1. 3 et 7 Recognitionum ex persona D. Petri apocrifum dicunt ab autoribus.

Ad loca Sacrae Scripturae ex quibus supra dicti erroris occasio sumpta est respondetur vel quod loquantur de Patribus Legis Veteris, vel quod loquentur de beatitudine corporis, cuius idem mentit:

fiat potissimum: quia aliquid sensibile facilius moveat animum viatoris vel quod quando dicitur de die iudicii: quod tunc danda est merces intelligendorum est de iudicio participari, ut notavit Abulensis q. 139 in Matthaeum vel si intelligantur de iudicio universalis, intelligi debet de aolemni publicatione meritorum atque praemiorum et ita intelligi potest illuc Iohannis, cum apparerit similes ei erimus et videbimus eum sicuti es: ille vero locus Apocalipsis 6 prius nobis faciet, ut diximus secundum communem sanctorum interpretationem.

Ad testimonia veri Sacrae Scripturae respondetur quadam ita sensisse, alias insinuasse, ut Thruphilus, Euthymius in loca Pauli citata, sicut et Nizephorus insinuat lib. 1 c. 31 sed non ita clare, sed lib. 2 c. 21 et 24 dicit animam Beatae Virginis et beati Iohannis translatas in paradisum terrestrem; alias vero sanctos ut Ciprianum, Ambrosium, Chrysostomum, Augustinum et alios huiusmodi id non sensisset; multos item ex his, quos affect Sixtus Schmetzus lib. 7 Bibliotrecas annotatione 345, explicare posse iuxta distinctionem, quam ibi affert, de duplice statu beatitudinis: unus est quem appellant sancti sinum Abrahae, paradisum primis parentibus adcepit, altare exterioris, vestibulum sanctorum, atria Dei, pronuptiaria acimarum, stola albam etc, secundum statum appellant altere interioris, super altare, consummationem [64c] et huiusmodi quae ibi referuntur: cum ergo sancti dicunt animas sanctorum vivere in sinu Abrahae, in paradisi nemore aut sub altare Dei, non negant videlicet Deum clare sed tantum volunt significare nondum patri perfecta et consummata gloria, quam spectant post corporis resurrectionem, quam merito Deus distulit conferendas in diuinum extremi iudicii et universalis ut perfectum regnum inciperet in fato solerteri die.

Quaeritur 3, quoniam fuerit error, quem habebunt Mullenarii.

In hac re, omissis aliis erroribus circa corpora, quos refert Castro verbo resurrectio haeresi 1 et 2, dicentium animam beatam esse non posse nisi sine corpore et aliorum dicuntum, quod habebunt beatitudinem animae in corpore, non quidem palpabili et materiali, sed spirituali et subtilissimo fuit alius error Corinthi, qui ut refert Victorinus posuit regnum terrenum inde accorrum futurum in summis deliciis: sumpsi occasionem ex illo Apocalipsis 20 et qui non adoraverunt bestiam neque imaginum eius neque accepterunt characterem in frontibus aut in manibus et vixerunt et regnaverunt cum Christo milie annis, eucleri mortuorum non vixerunt donec consummentur

mille anni; haec est resurrectionis prima; beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima. in his secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei et Christi et regnabunt cum illo mille annis et cum consummatio facient mille anni solvetur salamas de carcere suo etc. Propterea hunc locum male intellectum accuti sunt hunc errorum quod scilicet Christus regnaturus sit mille annis in carne cum sanctis in terra per resurrectionem; Papas discipulus B. Ioannis Evangelistae, ut refert Eusebius lib. 3 Historiae ecclesiasticae c. 39 quem¹¹⁰ dicit non intellexisse doctrinam apostolicam. eundem errorum illi assignat Hieronim[us] lib. De ecclesiasticis historiis, cuius etiam meminit lib. 18 in Esaiam et lib. 4 in Hieroniam cap. 19 loquens de hac sententia, inquit, licet eam non sequamus, tamem damnare non possumus, quia multi viri ecclesiastici et Martires ita dixerunt et citat Irenacum, Apollinarem et alios et inter alia dicit Apocalypsim Ioannis, si iuxta litteram accipiamus, judicandum est; hoc non licet, ergo neque illud; si spiritualiter ut scripta est, descendimus nullorum virorum opinionem latiorum [65r] Tertulliani, Vittorini, Lactantii, Graecorum, ut caelum praetermittam. Irenaei, contra quem Dionysius Alexandriæ Pontifex elegantem scripsit librum credens mille annorum fabulam et gemmatam Hierusalem, quia quasi viderentur cum poetis Angere aurum (sic) illud regnum poëtarum. Sed est differentia inter Cerintum ex una parte et Irenaeum ex altera, quia Cerintos et qui dicuntur Chilasti et Millenarii introducerunt mille annos illius regni terrenalis. in quo omnium vivendum genera et nupliarum copulam puniebant, adversus quos scribit Eusebius haeresi 78 et Hieronimus in c. 2 Esiae et Irenaeus, cui Papas extitit erroris causa. teste Eusebio ubi supra, et Hieronimus ubi supra et in Ezechiel c. 38 aliter sensit ut notavit Pamphilus ubi supra ex Eusebio lib. 3 Historiae ecclesiasticae c. 38 et Sixtus Senensis (sic) lib. 5 Bibliothecae annotatione 233, posuit temen duplum resurrectionem: priorem bonorum, secundum vero malorum post mille annos. Christus autem a prima usque ad secundum mansum in terris ibique cum sanctis regnaturum incredibili omnium bonorum terrestrium felicitate. unde Lactantius lib. 7 cap. 24 latissime suum etiam explicavit, docens etiam qui quibus praesesse debeant et quae casta suboles generanda et alia huiusmodi; legatur Tertullianus lib. 4 ad fragmenta libri De spe fidelium. Irenaeus lib. 8 De haeresibus a cap. 32 usque ad 35. Iustinus Martinus dia-

110 La palabra "deci" cortada.

In quo universus Triphunem. Laclantius ubi supra et lib. 2 cap. 13, Victorinus in Apocalipsim antequam a beato Hieronimo emendaretur ut notavit Pamelius ubi supra et sic concordari potest quod dicit Sixtus Serensis lib. 6 Bibliotheca annotatione 247, scilicet quod Victorinus opossum dicit; nam vel opus nunc est Victorini, ut Sixtus suspicatur, ita ut praefatio emendata sit sub nomine Hieronymi vel quod a Hieron[itan] emendatus sit subrogante errore veritate; legatur Scholiastes Trenae: locis citatis et Aug[ustinus] lib. 2 de Civitate c. 7 ubi non audet vocare errorum sed opinionem: inquit, epini, quae opinio esset utcumque tolerabilis, si aliquae delitiae spirituales in illo sabbati affuturae sancti per Dei presentiam crederentur; nam etiam nos hanc opinionem secuti sumus aliquando. Illece. Aug[ustinus] sed utroque modo intellectus hic error est contra fidem et quidem error Corinti est contra Paulum ad Rom. regnum Dei non est esca et potus, sed tristitia et pax et gaudium, et I Corint. 6 neque idolici servientes neque adulteri etc. regnum Dei possidebunt et cum Paulus saepe dicat per hoc non comparare regnum Dei, consequens etiam est neque in eis posse consistere, in secundu vero sensu refutatur error Matth. 22 in resurrectione neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei, item I Corint. 15 seminatur corpus animalia, surget spirituale, seminatur in corruptione, surget in incorruptione, seminatur in ignobilitate, surget in gloria, ergo a principio resurrectionis corpus erit gloriosum¹, et Matth. 25 iustus resurget in vitam aeternam et faciunt testimonia citata superiori dubio; ratiō est quia cum post resurrectionem non sit status merendi querendum deberetur impediti corporis resurgentis gloria.

Ad testimonia Apocalipsis respondetur quod duplex est vita: una est gloriae in anima et gloriae simul, altera est corporis per resurrectionem: item duplex est mors: una peccati, altera damnationis aeternae. Per primam ergo resurrectionem intelligitur vita animae per gratiam et gloriam consummatam, quae dicitur durare per mille annos, quia hic neuter punit pro universali numero omnium malorum, psalm 104 meminuit fuit testamenti sui, quod mandavit in milie generationes, id est, in omnes, et Ecclesiasticus melior est unus timens Deum, quam milie filii impi, sicut etiam numerus denarius sumitur per universitate ut patet in parabola deceni virginum; per secundam vero resurrectionem intelligitur resurrectio corporis, cum vero dicitur

¹ ms. gloriosi.

cacteri vero mortuorum, id est, peccatorum per mortem peccati mortui, non vixerunt donec consummetur mille anni, illa particula, donec, non significat aliquem finem, ut patet psalmo 109 donec ponam inimicos tuos etc.; sic interpretantur hunc locum Augustinus homilia 17 in Apoc, Amb[rosius], Primassius, Andreas Areta, Ansbertus. Ruper-tus, Liranus in hunc locum: sensus autem totius loci breviter hic est: vidi Angelum descendenter de caelo, Christum, scilicet, incarnatum habentem clavem abisini, id est, omnitudinem potestatem in inferno, quippe qui victor credit inde resurgens ei catenam magnam in manu sua, quia post Christi passionem et resurrectionem magis vincutus est daemon, ne ita crudeliter ¹¹⁷ saeviret in baptizatos Christi, baptismate atque saevierat in homines ab Adam usque ad passionem Christi; mille autem anni significant omne tempus legis evangelicae usque ad Antichristum, per modicum autem tempus intelligitur tempus quo regnaturus est Antichristus, quia eu tempore solvetur satanas, quia liberius vitam gravi persecutione saevire permittitur: et vidi sedes et sederunt super eas, scilicet, sancti et datum est eis iudicium etc. et animas decollatorum, id est, qui ab Antichristo et eius praecursoribus pro Christi nomine tormenta passi sunt et vixerunt, id est, in terra per gratiam, et regnauerunt cum Christo, id est, in patria per gloriam mille annos, id est, in tempore legis evangelicae, et caeteri mortuorum, id est, reprobri non vixerunt, quia damnati sunt, donec consummetur mille anni, id est, usque ad tempus resurrectionis corporis, quando vita [Glor.] corporali vivente in aeternum spirituali mente moriantur; haec est resurrectio prima, scilicet, sanctorum animae glorificatio, quae verba continuanda sunt cum superioribus verbis et ab illis verbis, (caeteri vero mortuorum) per parathesim legendus est; secunda vera resurrectio erit in generali resurrectione: quia secunda mors non habet potestatem in iis sanctis, quia non tanget illos tormentum malitiae et damnationis aeternae; unde colliguntur hunc locum non posse intelligi juxta supra dictum errorum, quia secundum illorum errorum post mille annos veniet prosecutio (sic) Antichristi, at de fide est quod resurrectio corporum nisi erit facta ante illius persecutionem, ut patet Math. 24, sed propter electos breviabuntur etc., ergo per primam resurrectionem intelligitur transitus de peccato ad gratiam consummatam, id est, ad iustificationem et gloriam, ad meritum et praemium essestiale Ad rationem in principio positam respon-

detur quod cum anima sit principium per se libertatis et capax meriti prius accipere debuit praemium per se essentiale, accidentale vero corporis differri debuit propter rationem dictam superiori dubio.

Quæstio 4. Utrum Beatiuitate animae per se:terior futura sit ex coniunctione cum corpore, quam quando erat separata

D. Tho. in 4 d. 49 q. 1 a. + quaestione 1, Hen[ricus] Quodlibet. 6 quaestione 7. Ricar[dus] in 4 d. 49 a. 2 q. 3, Bonav[entura] 2 parte distinctorioris citatae a. 1 q. 1, Mag[ister] ibidem, Marsil[ius] in 4 q. 3 a. 3 sentiunt visionem Dei futuram esse intensiorem in anima post resurrectionem corporis: videtur favere Aug[ustinus] 12 Super genesim ad litteram c. 35 et 10 Retractationum cap. 14.

Sed dicendum est cum D. Tho. hoc articulo ad 1m et ad 2m quod transsumpto corpore non crescat beatitudo intensive, sed extensive et sic intelligitur quod ibidem dixerat, quod anima tanto perfectius habebit in qua felicitas consistit quanto anima erit perfectior in sua natura, scilicet, extensive, et in solutione 6i respondet ad Ang[ustium] dicentem quod spiritus defunctorum [88v.] non vident Deum sicut angeli, non esse intelligendum secundum inaequalitatem quantitatis visionis, quia aliquae animae perfectiores vident Deum quam angeli aliqui, sed intelligendum esse secundum inaequalitatem proportionis, quia, scilicet, angeli etiam insimi habent suam beatitudinem perfectam, quam semper sunt habitum; animae vero spectant suorum corporum beatitudinem et ita non habent omnem suam beatitudinem extensive; sic etiam Caiet[anus] hoc loco, Dur[andus] in 4 d. 49 q. 7, Palud[anus] q. 6, Maior q. 13, Supplementum Gabinius q. 5 a. 2, Sotus q. 3 a. 1, Conrad[u]s et Med[ina] hoc articulo ei ratio est: quia lumen gloriae est principium videndi Deum, at lumen gloriae non crescat post resurrectionem corporis, quia cum visio sit praemium meritorum, non est cur ipsa vel aliquid ipsius negetur animae usque ad reassumptionem corporis, quod si statim datur totum lumen, ergo statim fit tota visio. Item: quia accidentia altaris non habent inaequaliter operari ex coniunctione vel separatione a subiecto quia licet modus essendi diversus sit, tamen ratio formalis operandi est eadem, sicut ergo anima non est perfectiore intensive ex coniunctione ad corpus resurgens, sed tantum extensive, ita beatitudo animae, ut bene Caiet[anus], tantum crescit extensive non vero in se ipsa; ut tandem quia si ut supra clare probavimus perfectionem naturalem intellectus non esse

causam perfectionis visionis. sed totam pensandam esse ex lumine
quantitate, quanto minus perfectio iuvavit aī intensionem visionis.

2^o dicendum est, male Palad[anus] ubi supra negare in anima ve-
getativa esse appetitum elicitorum beatitudinis corporis tantum ad-
mittendo naturalem appetitum, quod etiam Major insinuat; nam revera
ut idem Palad[anus] In secunda solutione concedit animae obiectorum
appetitu elicito^u desiderant gloriam corporis; hic, enim, est clamor
illarum Apocal. 6 pro secunda stola accipienda; hoc, enim, desiderium,
sicut et desiderium salutis fratrum, quod habent animae sicut angeli
et praesertim custodes, nihil derogat statui beatitudinis essentialis;
quia revera, neque per appetitum elicitorum gloriae corporis neque per
desiderium salutis fratrum distractabitur intellectus a visione Dei, culus
rationem attigi: Palad[anus]. ideo visionem beatificam non remitti.
quia omnia haec quae appetuntur ordinantur ad unum finem, quem
vident et haec etiam est prima ratio ex duabus, quas affert I Tho. in
4 d. 44 q. 2 a. 1 quaestio[n]ula 3 ad ultimum, sed merito aliam subiungit
causam, quia haec revera est insufficiens; longe, enim, aliud cat in
intellectu remitti intellectu[m] et intellectum distracti ab intellectu[m]; [67r.] licet ergo cognoscere plura ordinata non distractum intellectum a cognitione illius, ad quod caetera ordinantur. tamen revera
remittitur intensio cognitionis propter aliumque: primo quod remittitur
cognitionis, quia ad intelligendum v. g. hominem, requiritur unus con-
cursus intelligentus, ad intelligendum leonem requiritur alius, ad intel-
ligendum convenientiam genericam utrinque requiritur tertius con-
cursus, ergo cum virtus intellectus finita sit, necesse est remissionem
esse in singulis acibus licet ordinatio inter se, quam in uno solo;
quia in uno solo potest applicare totam suam virtutem, alioquin non
easset maioris virtutis intelligere duo obiecta ordinata inter se quam in-
telligere duo inter se ordinata vel unum caput ex illis; licet ergo
caeteris partibus ordinatio iuvari possit ut sint eadem numero obiecta,
intensius percepientur ordinata ab intellectu quam disparate, non te-
men si caetera non sint paria; probatur secundum quod ordinatio iuvet
intellectum, ne distractatur: ordinatio haec excitat intellectum ad
intelligendum, ergo non distractit; probatur quia saepe una species
excitat aliam in intellectu potius quam alia; hoc autem non potest
provenire aliunde, nisi ex intrinseca ordinatione obiectorum: vide-
mus, enim, quod intellectu intelligente astra saepe excitatur species-

repraesentans coelum et non excitator alia species, licet sit acrim in repraesentando sive abiecto et saepius excitaverint allam cognitio nem sui obiecti excitato; haec revera fit in genere causae efficientis; sicut enim apprehensio conformitatis praedicati cum subiecto in conclusione fit efficienter ab specie intelligibili, talem conformitatem repraesentante et ultra hoc seit ab specie impressa vel expressa conformitatis praedicati cum subiecto, quam habet principium talis conclusionis, ita apprehensio caeli dependent efficienter ab specie repraesentante astrum, quando talis excitatio supradicta intervenit, ergo cum omnis actus intellectus sit clavis apprehensionis quedam ei repraesentatio obiecti, sicut apprehensio conformitatis conclusionis et repraesentatio illius fit in genere causae efficientis ab apprehensione et repraesentatione conformitatis quae est in principio inter praedicatum et subiectum illite, ita apprehensio simplex obiecti potest dependere ab specie repraesentante obiectum alterum: ordinatum, quia non potest esse ratio ut repraesentatio complexa ab altera repraesentatione complexa dependere possit et repraesentatio incompleta non possit dependere ab altera repraesentatione incompleta: ratio ergo est quia visio beatifica non remittitur in coniunctiore [671] cum corpore vel ex separacione ad appetitum illud reassumendi ea est, quoniam concursus ad videndum Denim cum non sit naturalis et debitus intellectui non fit minor ex eo quod intellectus vel voluntas concurrent ad aliis actus, quia cum intellectus tantum sit veluti in potentia obedientiali ad lumen et ad visionem, parum referit ut elevetur ad visionem, quod sit intentus aliis rebus necne; quia utroque modo sequaliter obedire potest concursus supernaturalis, et vern actus fidei divinae fit remissior quando intellectus est distractus aliis intellegionibus; quia ad hunc actum fidei utilius intellectus speciebus intelligibilibus et ita iuxta virtutem illarum determinatur concursus supernaturalis ad erendum; tantum ergo perfectur beatitudo ex reassumpto corpore extensive et sic intelligitur Comitium Florentinum quando dicit quod inter graecos et latinos convenit, quod beatitudo animae ante resurrectionem corporis perfecta felicitate fruatur, licet perfectius postea, id est, extensive perfectius.

3.º dicendum est beati non videbunt remissio Deum post resurrectionem corporis; quia huc vel deberet contingere ex eo quod

remitteretur visione ex societate aliarum¹¹⁸ operationum, et hoc non, ut probavimus dictu superiori, vel quia praemium fieret minus in anima quasi recompensatum gloria corporis, et hoc non, quia beatitudo essentialis vel qualitas illius non potest compensari per aliquam gloriam corporis.

Confirmantur haec tria dicta exemplo animae Christi, quae semper aequalem habuit visionem sive in corpore sive in triduo sive in corpore mortali quando appetitus et portio inferior secundum esse contrastata est, sive in corpore gloriose: si ergo vehemens dolor non remisit intensionem visionis in Christo, cur vel appetitus elicitus corporum, vel aliae operationes post resurrectionem corporum debent impedire vel adjuvare quantitatem visionis in aliis objectis.

Quodsi obicies D. Tho. hoc loco a. 6 dicentes quod perfectio corporis requiritur ad beatitudinem antecedenter ut dispositio et consequenter ut effectus proveniens ab animae gloria, quam saltem mortalitas corporis impedit visionem aut quantitatem illius, si secundum D. Tho. dispositio immortalitatis corporis requiritur ad beatitudinem, respondetur non idem dicere D. Tho. quia mortalitas corporis impedit visionem, sed quod talis dispositio non est proportionata statui beati, quia illa requirit conversionem adphantasmata et nihil intelligit nisi in ordine ad illa; (68r.) unde ex dispositione speciali factum est in Christo quod anima vidente Deum corpus esset mortale.

Ad testimonium Aug[ustini] respondetur cum D. Tho. a. 5 ad 6 et patet hunc esse sensum Aug[ustini], quia nunquam dicit visionem Dei futuram esse perfectiorem in anima post corporis resurrectionem, sed quod non tota intentione pergit in summum caelum; quis scilicet cum appetat corpus non habet motum voluntatis qui sit delectatio et quietatio talis appetitus, qua appetitor gloria corporis, aliquando etiam angeli custodes quando liberi esent a custodia hominum et expletum haberent appetitum, quem modo habent de salute hominum¹¹⁹ perfectius viderent Deum, quod ipse Aug[ustinus] negat, qui se ipsum explicat quomodo loquatur de perfectione extensive beatitudinis epistola 56 ad Dilectorum ubi ante medium explicans hoc argumentum beatitudinis, inquit, tam potenti natura Deus fecit animam, ut ex eius plenissima bonitate redundaret in inferiorem naturam incorpore-

¹¹⁸ Se repite "alium".

¹¹⁹ Letra tachada.

tionis vigor; praesertim quod etiam potest intelligi de cognitione cogitativa et gaudiu appetitus sensitivi. quae potentiae licet non ferantur in Deum, ut in obiectum, sed per quandam redundatiam cognitionis et gaudii exultabit illo tempore caro etiam in Deum vivum et sic totus homo maiori contentione perget in Deum.

Queritur 5, quae perfectio corporis requiratur ad beatitudinem perfectam hominis beati.

Ratio dubitandi est quia scilicet requiritur aliqua perfectio in corpore vel illa est efficienter ab animae gloria et hoc non, quia non videtur quomodo res spiritualis sit causa aliquibus qualitatibus corporeis, cum id non concursumus etiam angelis, vel non est efficienter a gloria animae, sed a Deo immediate et hoc est contra D. Thn hoc loco, a. 6 et Aug[ustinum] epistola 66 vilata ubi dicit quod redundat in corpus immortalitas ex animae gloria; nam cum negasset occidere gloriam suam, concessit corpus ab anima accipere suam gloriam, sed illud negavit in genere causae efficientis, ergo hoc concessit in eodem ¹²⁸ genere causae.

In hac re 1^o dicendum est de fide esse quod in beatitudine post resurrectionem corporis habebimus etiudem naturae essentially cum corporibus huius vitae, item eiusdem organizationis; scilicet enim, Euthicus haereticus dixit [68a.] futura corpora impalpabilia et vento subtiliora, cum dicatur Job 10 et in carne mea videbo Dicun; nam ut late Hieronimus epistola 81 ad Rommam alia carnis alia corporis definitio est: omnis enim caro est corpus et non e contrario; caro, enim, est quae sanguine, vena, nervisque constringitur proprie loquendo de carne, vide Castro verbo resurrectio haeresi 2. Prateolus verbo trinitatis; item verbo Eutichiani; item verbo Origenistae, qui dicebant corpora resurrectura rotunda et orbiculari specie contra canonem quintum synodi quintae generalis, quem ex Nizephmo affert Prateolus verbo Origenistae, si quis dicit aut senti ip resurrectione rotundae et orbicularis figurae corpora suscitanda nec cunctetur ¹²⁹ haereticos excusantibus esse anathema sit; unde Hieronimus epistola citata non tantum probat homines resurrecturos in proprio genitu, cuius contrarium fuit haeresis Armenorum heretibus, scilicet suscitandos in genitu virili, sed eiusdem Hieronimi ratio refutat

errorem Origenistarum; inquit, enim, Hieronimus quem visurus sum ego ipse etc.; is si non in sexu suo resurrecturus est, si non eisdem membris, quae iaceuerunt in stercore, ergo ubi erit Tob. ego liber dicam Ecclesiae fidem apertissime confitebor futura est sexus diversa ubi Ioannes¹²¹ Ioannes Maria Maria, et infra mea rusticitas sic credit et sic intelligit sexum confiteri sine sexuum operibus. Neque obstat illud ad Ephesios 4 occurremus in virum perfectum, nam non est viri intelligitur interque sexus, sicut cum Propheta inquit, beatus vir qui non abiit etc. psalmo 1¹²² ut Aug[ustinus] explicat et Hiero[nimus] ubi supra dicens infantes et scnes in viri perfecti aelatore resurrecturos, vel quid per virum perfectum intelligatur quod Ansel[mus] docet ibidem. hoc est resurrecturos perfectos. ita ut caecus non resurget caecus aut cum alio corporis vitio aut quod, ut interpretatur Ambrosius] intelligatur de perfectione eugnathis et animi, quae erit in viris et foeminis. ut etiam explicat D. Tho. in 4 d. 44 q. 1 a. 1 Neque Basilius] in psalmum 114 contradicit, eum ait, in resurrectione nulla foemina cooperatur in peccati prolapsione: quem in resurrectione neque mas neque foemina erit, Neque Athanasius] sermone 3 contra Arrianos dicens, neque nobis cavadum erit a mala foemina. quia in Christo Iesu nova creatura erit, neque masculus neque foemina sed omnia in omnibus erit Christus: tantum, enim, significant quod erit eadem vitae ratio. ut inquit Basilus], sine ulla inclinatione in peccatum aut coitum: legantur quae affert Castro verbo resurrectio haeresi 6 probans et refutans hunc errorum ex definitione Ecclesiae, errorum [59r.] autem de impalpabili corpore resurgentis videtur Hieronimus] epistola citata tribuere Origeni dicens, quod nunc oculis videamus, auribus audimus etc., sed in resurrectione in corpore illo acerbi intj audiemus, intj videbimus, tali ambulabimus. Legatur Sixtus Senensis lib. 5 Bibliothecae annotatione 143 ubi defendit Originem a supra dicto errore; legatur etiam Castro ubi supra haeresi 3; legatur etiam Gregorius] lib. 14 Moralium c. 33 dicens si post resurrectionem palpabilem non erit corpus praecipue alias surget quam moritur, quod dictu nelas est. legatur tamen cap. 31

x ms. Visirum.

121 Tachadura.

122 Tachadura.

2. dicitur est duo esse extrema circa corpus futurum in beatitudine: nam Dur[landus] in 4 d. 43 et d. 44 q. 1 videtur non exigere ad resurrectionem corporis, quod aliqua pars materiae corporis, quod fuit in via. Cuiatur eidem animae post resurrectionem, nihilominus idem vero esset Petrus aut Paulus ratione eiusdem animae, quem ut temerarum refutat Sol[us] in 4 d. 44 q. 1 s. 1, quia non est resurrectionis hominis nova dimicata informatio animae in corpore novo, alioquin transitus animae de corpore in corpus diceretur resurrectionis, ergo resurrectionis dicit eandem materialis et non tantum eundem formam, et oppositum est contra multa Sacrae Scripturae testimonia et maxime Aug[ustini] infra citanda. Imo aliqui cixerunt contra Bonum ubi supra easiter: numero potentias sensitivas etiam ipsas virtutes et qualitates futuras esse in corpore gloriose, ut potentiae, quae ad necessitatem servienti recipiant suum queque praemium; verum tamen magis placet quod docet D Tho. ubi supra questio 1 ad 4m. ubi concedit in resurrectione variari formas accidentales; quia inquit carum unitas non requiriatur ad beatitudinem subjecti numerican et a. 3 quaestio 1a 1 ad 5m. inquit quod corpus operatur ad meritum, tanquam pars essentialis hominis, qui merentur: sic autem non convergantur potentiae sensitivae, cum sint de genere accidentium, et ratio est quia etiam calor hominis visioris potuit conuenire ad meritum hominis merentis, qui ex Dei amore hominem frigorem calciferet, et aliquid huismodi, neque tamen idem calor numero et entitative eadem qualitas revivanda est in resurrectione; et ad fin. cum obiecisset sibi D. Tho. quod non resurgeret idemque orulis si non rediret eodem numero via sentiendi, respondet quod potentiae animae sensitivae non dicuntur esse actus organorum, quasi formae essentiales ipsorum, sed ratione animae cuius sunt, sed sunt inquit actus sicut perfectiones quedam perficientes ad proprias operationes sicut calor est perfectio ignis, qui tamen idem numero remanaret, sicut ars remanet eam et numero licet amittat frigiditatem et alia postea redireat. Confirmatur ratione qua utiliter D. Tho. in argomento quod sibi proposuit a parte negativae: quia quando semel in nihilum recedit nec est iterandum, nam non homo resurgit partes eius, scilicet, mulerio et anima nunquam in nihilum redierunt, ergo cum virtutes sentiendi semel [63v.] perierint entitative non sunt eadem numero reddituae. Alterum extremum est Aug[ustini] in Enehiridio c. 27 dicentis omnem materiam reddituram sive in pulverem sive in elementa aut alias quas-

vis ¹²³ formas defugerit, et post multa inquit quod illa materia non necesse est redire ad easdem partes, quas semel composuit, aliquin inquit si capillus capitis redit, qui tam cerebra tonsura detractus est, si unguibus redit quod tunc resecandum est, immoderata occurrit deformitas; sed sicut statua scolobilis metalli, si liqueficeret et ab artifice reflueretur nihil referret quod partes materiae ait diversas partes statuae pertinerent, quam actea pertinebant: et cap. 90 illa modificabitur materies ut nihil ex illa pereat et quod aliud defuit suppleatur. Item lib. 22 de Civitate cap. 19 quod minus est, inquit, quam decet unde creator nivit, supplebitur, et quod plus est quam decet, servata materiae integritate, detrahetur. Item Athenagoras, ut habetur tomus 8 Bibliotheca SS. Patrum dicit omnem animam reddituram, etiam si elementorum aut aliquorum animalium formas accepit.

Sed dicendum est cum D. Tho. ubi supra q. 6 quod redibit materia non ita quae fuit in homine a principio viae usque ad finem si excederet quantitatem debitam speciei, sed redibit tuta materia totalitate figurac et proportionis et ordinis partium, et explicat Augustinum dupliciter et quidem secundo modo quod intelligentius est omnem materiam capillorum reddituram: quando alii partibus defuerit debita materia ut ex capillorum superfluitate illarum defectus reparatur, et sic etiam explicari posset Ansel[mus] in c. 4 ad Ephesios ubi videtur docere sententiam Aug[ustino], sed D. Tho. ubi supra q. 3 quod dominus discedit ab Aug[ustino] dicens quod quamvis ad unitalem numerica[m] resurgentis non requiratur quod materia rediret sub eisdem partibus, ut quae fuit in capite sit etiam postea in capite etc. sed loquendu, inquit, secundum congettuan magis videtur, quod etiam servatur idem situs partium materias, quantum ad partes essentiales; scimus inquit quantum ad accidentales, quales sunt capilli et unguis et de his tantum facte locutas est Aug[ustinus].

3.º dicendum est quando homo devoratus fuerit ab aliquo animali facile responderet Hieronimus ep[iscopu]s ad q[ui]stola 81 quod veniet omnis caro in conspectu Domini et mandabit pistibus maris et eructabunt ossa, quae comedentur et faciet compagem ad compagem et os ad os, si tamen homini hominem devoraverit responderet Athenagoras ubi supra quod caro humana cum sit aptus cibus ad nutritiorem hominis resilit a potentia nutritiva et sic humana corpora non confunduntur: sed [20r.] dicendum est cum D. Tho. non tantum ubi supra a. 2 q. 4 ad

¹²³ "Quamvis" colocado al margen.

Bm. ubi multas refutat opiniones, sed etiam 4 Contra gentes c. 81 quod si quis homo pastus esset ex solis humanis carnibus resurget in ea materia quam accepti a generantibus et quod deficerit supplebitur omnipotentia creatoris, quod si parentes etiam tantum pasti fuerunt humanis carnibus et semen ab illis decisum pro generatione filiorum constat materia humanae carnis resurget materia illa seminis incoqui qui genitus est ex semine Deusque supplebit materiam illius. cuius carnes comediae sunt; hacten enim regula scrvanda est, inquit D. Tho. in resurrectione, quod si aliquid materialiter fuerit in pluris hominibus resurget in eo, ad cuius perfectionem pertinet; quare si fuerit in uno homine tanquam radicale semen ex quo genitus est, in altero vero ut superveniens nutrimentum resurget in eo, qui generatus est ex illo tanquam ex semine.

Si vero in uno pertineat ad perfectionem individui, in altero vero ad perfectionem speciei resurget in prima: unde seminis materia resurget in genito non in generante: unde costa Adae resurget in Eva non in Adam; si autem eodem modo pertinuit eadem materia et plures homines resurget in eo, in quo primus fuit; quia primus habuit habitudinem ad resurrectionem ex coniunctione ad primam rationalem animam, quam habuit.

4.º dicendum est ex Anselmo i. c. 4 ad Ephesios quod non resurgent omnes homines in eadem quantitate, neque, utimur, dicit Anselmus fas est dicere accessoram alicui homini magnitudinem, quam non habet, neque detrahendam magnitudinem, quam habuit sed unusquisque habebit eam magnitudinem, quam, vel habuit in iuventute, etiam si factus fuerit senex, vel quam habiturus esset in iuventute, si defunctus non esset. quod magis explicat D. Tho. In 4 d. citata q. 5 dicens, quod non omnes resurgent in eadem quantitate, sed quilibet in illa quantitate in qua fuisset in termini augmenti si batura non errasset vel defecisset: et ratio est inquit nam illa quantitas invenitilis aetatis non consistit in indivisibili, sed latitudinem habet. neque eadem magnitudo petitur ab omnibus individuis etiam si natura non erret vel deficiat; item omne vitium corporis saltem in Deolis separabitur, nam de malis inquit Aug[ustinus] in Enchiridio c. 92 non oportet laborale inquiringo an cum suis deformitatis resurgent, Anasth. Episcopus Nizenus in Scripturae Sacrae quaestioniibus q. 68 ut habet Tomo 6 Bibliotecae S. S. dicit corpus resurrectorum plenum, immo cum praeputio et quod Christus etiam servavit quod circumcisum fuit, sed eleganter persecutus est [70v.] Tertulianus lib. de Resurrec-

tione carnis praesertim a cap. 57 ubi probat quod claudi, caeci etc. resurgent; quia si caro inquit de dissolutione reparabitur, multo magis de vexatione reparationem faciet; quia cuiuslibet, itaquit, membra detractio. mors est illius membris et si universalis mors resurrectione rescluditur et partialis, et quia naturae redimunt non iniurie, ergo resuscitare est integrum facere, quod dedit ex illo 1 Corinth. 15 operat corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere immortalitatem, ubi non iterat eamdem sententiam, inquit Tertul[ianus], sed immortalitatem refert ad resurrectionem mortis, incorruptionem vero ad integratatem; vide D. Tho. distinctione 44 citata ubi docet quomodo intestina resurgent plena tamem nobilibus humiditatibus; item capilli et unguis ut opus fuerit ad membrorum conservationem, secus de sudore, urina et huiusmodi; item nec semen resurget; quia non pertinet ad conservationem individui, sed multiplicationem speciei; item qualiter humores resurgent, non ad natum reparandam, sed ad illius integratatem. Nutat autem D. Tho. in 4 d. 43 a. 3 q. 4 quod licet seiri non possit qua hora futura sit resurrectio, probabiliter tamen dicitur a quibusdam, quod erit quasi in crepusculo, sole existente in oriente et luna in occidente; quia in tali dispositione creduntur creata et eo tempore Christus resurrexisse.

Ultimo dicendum est, quod resurget corpus integrum in naturis, et praeter hoc dotatum dotibus supernaturalibus impassibilitatis, agilitatis, subtilitatis et claritatis, de quibus modo nec est animus disputare unde colligantur et utrum sit aliiquid intrinsecum corpori nunc; est enim, disputatio alterius loci; modo tantum pro solutione argumenti propositi dicimus quod perfectio corporis gloriose non sit efficienter a beatitudine animae, quia natura sua visio Dei aut amor non causat huiusmodi doles, et non plures, quia sicut de facto his qualiter dotibus glorificatur corpus, posset glorificari pluribus ergo non magis illae doles quae de facto dantur efficienter procedunt ab animae gloria, quam doles quae possibles sunt ei non erunt; dicuntur igitur ab Aug[ustino] et D. Tho. redundare ex animae gloria: quia illi debentur, sicut ex unione hypostatica dicitur redundare in anima Christi gratia habitualis, non quod ex illa unione efficienter sequatur tanta vel tanta gratia, sed quod illa unione debetur maxima gratia habitualis, quam non aliter officit persona Verbi, quam tria Trinitas; sed quoniam corpus beati huius [dotibus] glorificandum est, nihilominus, ut docet Aug[ustinus] 19 de Civitate c. 20 manebunt.

cicatrices in corporibus Matriorum. quia non sunt vitia sed virtutum indicia.

De damnatis autem. inquit D. Tho. d. 44 citato q. 3 a 1 q. 1 quod eorum corpora resurgent integra et sine deformitate aliis quas in hac vita habuerunt et corruptione vel deformitate naturae defectus tantum, qui ex naturalibus principiis orientur remanebunt, ut ponderositas et passibilitas.

Quæritur ultimo utrum in beatitudine futurae sint operationes potentiarum corporalium ut sensationes, locutiones et huiusmodi.

In hac re 1.^a supponendum est non statim supervacante futura esse membrora quae sine operationibus propriis futura sunt. Sententia est Hieron[im]i epistola ciota, nec statim. inquit, superflua videbitur membrorum resurrectio quae cariora sunt officio suo, cum adhuc in hac vita pusilli pilamur opera non implete membrorum. et infra Enoch et Elias tanto tempore in eadem permanent aetate, qua rapti sunt, habent dentes et tamen nec cibis utuntur neque uxores habent, quod sumpsit ex Tertuliano lib. de Resurrectione carnis cap. 60 et ex eodem ibidem desumpta Hieron[imus] epistola citata quondam

2.^a supponendum est tanquam certum cum D. Tho. in d. 44 q. 1 a. 2. quaestionalia 4 et 4 *Contra gentes* c. 83, quod in beatitudine non est futurus usus cibi et potius: nupur, enim, ut inquit Tertuli[anus]. dentes et lingua ad comedendum tantum tributi sunt, sed magis ad laudandum Deum, et Hieron[imus] ubi supra inquit Duinus 46 diebus cum Apostolis comedit post resurrectionem: ergo, inquires, et nos post resurrectionem emesum? nesciri ubi enim est scriptum, et tamen si quaeratur non puto cornesurum: legi, enim, non esse regno Dei cibum et pulcam, quare favum comedit Christus, ut resurrectionem probaret, non ut faecibus suis melle promitteret.

3.^a supponendum est sensationes omnes futuras esse in corpore gloriose et similiter veram locutionem corporalem, nam quamvis de gusto quedammodo dubitet D. Tho. et Maior omnino neget locis intra citandis, sicut et [77v] de laude vocali licetum esset dubitare, docet Bonav[entura] et multi dubitarunt, ut inquit D. Tho. tamen non tantum ratio ipsa probat has operationes futuras cum sint perfectiones et actus secundus potentiarum nullam includentes turpitudinem et indecentiam est, ut sancti docent, detens est ut nullum membrum vacet laude Dei eo modo quo potest, sed etiam sancti docent: Aug[ustinus] 22 de Civitate c. ultime inquit omnes quippe illi, qui nunc latent bar-

moniae corporalia omnia: non latet hunc intrinsecus et extrinsecus per corporis cuncta disposita: et supra dixerat omnia membra et viscera incurruptibilis corporis proficiunt in Iustilibus Dei, et 1 Retractatione c. 6 non sic est accipiendum quasi non sint futuri numeri corporales in Incorruptibilibus et spiritualibus corporibus, aut anima cuius sensura non sit. et 22 de Civitate c. 29 ducet beatus posse claudere oculos cum velint et quod habebunt oculi officium suum, immo, Inquit, viles oculis claritas, item visus absentia et aperte loquitur de oculis corporalibus de quibus toto illo capite loquitur, et infra: videbunt corpora spirituales corporis oculi scie per mente directe. Legatur etiam epistola 112 et in lib. meditationum in fine p1 in psalmo 149 et Glossa in psalmum 150 ubi dicitur futura laus vocalis in corporibus beatis. Ansel[minus] lib. De beatitudinibus c. 59 inquit in illa vita delectatio quaedam incertabilis votus satiat, qui dixi tutes? oculi, aures, narres. os, manus, guttae, cor, iecur et cuncta membra mirabiliter sensu velutplatis replebuntur.

Laurentius Justinianus] De disciplina et perfectione monastica c. 28 inquit: tunc per omnes suos sensus multis modis exuberabit delicia, delectabitur oculis in amabili Redemptoris aspectu, carum, solis sunae stellarumque splendore rutilans intuebitur armonia catullorum, melodica cantus civium supernorum non multo rarer multebeant auditum; super rursum namque Hierusalem eustodes constituti sunt, qui non cessabunt noctu dicique nomen domini laudare sed et per vias et plateas eius intatigabiliter: Alleluja cantabitur fligrans quoque suavitatis ecclesium odoramentorum mira liquifante respurgit odoratum, indecibilis etiam dulcedo omnium delectabilium oris saginabit pallatum, ipse derum tactus sibi congruis abundabit deliciis; fuis etenim non est ut in illa aeterna gloria quiequam vacet a 12^a laude Dei, legatur enim Ansel[minus] in 1 Corinthis c. 13 sive linguae cessatione. [72:] pulerunt inquit, sancti loqui ad iuvicem si voluerint, quid si Gregorius] lib. 30 Moralium c. 7 videtur negare verba in beatitudinem significat non ex necessitate futura ad docendum et praedicandum, non tamen ita negat ad laudandum Deum et colloquendum.

His postulis difficultas tuta est cummoda hanc istae sensationes et locutiones de quorum modo dicere possunt illud Augustini] 22 de Civitate cap. ultimo, quod ipse dicit de motibus corporum glorifican-

torum quomodo futuri sint definire non audeo quia exigitare non valeo.

Sed dicendum videtur in hac re de omnibus sensibus quod pertincent sensibilia utram eo modo quo Ansel[mus] in 1 Corint. 13 dixit futuram esse vocem corporalem modo, scilicet, quodam simili, quem habent angeli quoniam scilicet, sensus beatorum habent species infusas a Deo sicutem infusas per accidens pro mensura cognitionis intellectualis. Pro cuius declaratione notandum est 1.^a quod ut ille status si perfectus non tantum debent percipi sensibilia, quae existunt aere, sed etiam quae non existunt, sic ramen cognoscuntur a beatis per cognitionem intellectualem; sic, enim, beatus, v. g. in visuculo beatifico videt inter naturas possibilium, cognoscit aliquid obiectum sensibili deinceps est ut illud ipsum possit sensu percipere; sicut, enim, intellectus beati non tantum percipit quae actu existunt, sed multa ex possibilibus, quae non existunt, ita etiam sensus beatrum percipiunt non tantum sensibilia, quae existunt, sed etiam quae non existunt; quia sicut statui beatorum debetur cognitio eorum quae sunt et cognitio aliquorum possibilium, ita debetur statui beatorum ut ex cognitione intellectiva secundum proportionem perficiatur etiam cognitio sensitiva, aliusquin non possit sensus glorificatus percipere illa obiecta sensitibilia naturalia, quae aliquando in via percipit, quia contingit quod non sint iam in rerum natura vel quod non sint in debite distantia neque habeant debitum medium, in qua distantia et per quod medium possint immittere species in sensus glorificatos, nam cum corpora beatorum sint supra caelum ultimum non possent beati se ipsis directe vulte, cura non sit medium interiacens.

Quod si diras, id fieri divina virtute, ut suppletur distantia et medium, multo decentius est ponere miraculum vel aliquid supernaturale in ipso corpore glorificato quam in obiectis sensitibilibus. Confirmatur quia si de facto in via, [72v.] ut dicit S. Tho., omittit aliquando in Eucharistia apparet aliquas figuram non quidem quia sit aliqua immutatio in speciebus sacramentalibus, sed quia Deus dat species sensitibiles, quibus sentiant obiecta illa alique si essent praesentia, multo facilius credendum est sensibus glorificatis tribuere Deum huiusmodi species: ac tandem, quia negari non potest in corporibus beatis futuras aliquas sensationes de novo et hinc causandas aliquas

delectationes etiam de nivis, nam si duo beati caste se complectantur, certum est quod ille complexus non debet fieri sine tactu perlinde atque si essent corpora insensibilia, ergo ex illo casto complexu resultare etiam potest motus in appetitu, ergo si beati non habent species infusas ad percipiendas omnes huiusmodi honestas delectationes possent carere illis quando obiecta non causarent tales species et ita sicut ex tali cognitione sensus percipiebatur voluptas ex absentia obiecti deberet aliquatido sequi tristitia aliquibus, ergo beati semper debent habere in sua potestate cognitionem sensitivam cuiuscumque sensibili, quod cognoscunt, et hoc est quod dixit Aug[ustinus] In co*citat*o quod beati clarae clausis oculis videbunt et quod dixit Ricard[u]s in 4 d. 49 a. 4 q. 3 quod omnes sensus erunt in actu non tantum per influxum a beatitudine animae, quasi dicat, quod etiam ille mundo erunt in actu; at non potest intelligi per influxum ab animae beatitudine futuros sensus Ita actu, nisi quia ex animae gloria redundant species sensibles, sicut redundant doles, id est, quod sicut statui beatitudinis animae debentur doles in corpore sic etiam cognitioni intellectivae beatissimae supernaturali debet ut cognitio sensitiva supernaturalis per species supernaturaliter datas sicut dantur doles.

2^a dicendum est nihilominus etiam habent sensus glorificati cognitionem acceptam a sensibilibus, ita ut sensibilia agant totum actionem intellectuali in sensus glorificates: quia immutacionis realia incapaces sunt, sicut visentibus quod immutatur a frigilitate realiter tantum lighum, et aer intentionaliter tantum a calore, humus vero realiter et intentionaliter immutatur a primis qualitatibus; sic docet D. Tho. in 4 d. 49 q. 2 a. 1 quaestiu[n]cula 3 dicens quod in resurrectione sensationes non fient per extramissionem, sed revera per passionem: quia alicquin essent sensus alterius naturae, neque fient, inquit, per influxum a superioribus viribus sensuum interiorum; quia non hoc non (sic) esset sentire sed imaginari, sicut contingit in furiosis et frauenfeticis in quibus propter vicioriam imaginationis fit fluxus specierum ad organa sentiendi, fit ergo, inquit, sensatio in corpore glorificato per immutacionem intentionalem obiecti; et quaestiu[n]cula 4 discurrit D. Tho. circa omnes sensus; ratio huius dicti est, quia non est cur tollatur [73r.] natura agendi, obiectis existentibus in debita distantia, aut cur tollatur potentia recipiendi species intellectuales corporibus gloriosis, idque magis palet si inquamur de ipsis corporibus in quantum sunt obiecta sensuum; quia revera corpus gloriosum immittit species tangibiles in alterum corpus gloriosum, quando v. e.

mutuo se amplectantur et praesertim quando vocaliter laudabunt Deum: auditus enim, glorificatus perficietur ab altero beato laudante Deum et colloquiente cum illo; tunc ergo sensus glorificatus simul ut poterit specie infusa, si s.t alterius naturae, et specie acquisita sicut etiam intellectus huminis beati habet cognitionem rerum naturalium per species acquisitas et scientiam infusam, unde corpora gloria videbuntur, tangentur et similes, quia odorifera futura sunt immutabiles species simplicis odoris sine fumali evaporatioce: item habebunt in lingua immutatatem quandam, a qua sensibiliter immutabitur gustus.

3. dicendum est futuram esse operationem et sensationem auditus non quidem ex necessitate cognoscendi conceptus (sic alterius beati, quia ut bene Aug[ustinus] et Ansel[mus] ubi supra scientia praeveniet vnde, sed difficultas est quomodo fieri posset auditio, nequor autem per species acquisitas quia per infusas iam omnibus universaliter omnem sensum perficiendam esse. Quidam dicit, ut docet D. Tho. p. 2 d. 2 q. 3 a. 2 ad 5m., quod fuit sonus mediante sebe contentus in corpore gloriose sed hic modus non placet, quia sonus non tantum requirit aciem interiorum, sed etiam exterorum: neque, enim, quis clauso ore loqui potest, ergo aer interior satis non est, sed operari supplet interiorum, suppletur ergo uterque, praesertim quod agitationes illae acria interioris fieri interioris fieri (sic) recte non possunt, nisi aul admissa penetratione aut admissa vacuo aut admissa rarefactione et condensacione, quae non quadrant in corpus incorruptibile: vel potest dici, inquit D. Tho., quod erit contractio caeli empyrei ut instar aeris spirabilis locutioni possit deservire; neque ideo, inquit, caelum erit corruptibile, quia retum, inquit et deusum dicuntus aequivoce de cælio empyreum et elementis: sed hic modus meilio displaceat Ricard[u], Du[ardo], Carthusia[no] et aliis distinctione 44 citata. Henrico Quodlibet 7 q. 7. Caietano 3 parte q. 57 a. 4 i[n]to et ipsi D. Tho ibidem dorenti quod corpora gloria non continerentur intra caelum, sed supra caelum; et 4 Contra gentes c. 83 ducet quod corpora gloriae erant supra omnes caelos, sicut Christus, neque idcirco aportere frangere ut sublevetur corpora gloria supra illos, sed id fieri per penetrationem aperte insinuat, tum propter soliditatem caelorum, tum etiam quia caelum empyreum non potest: (73v.) deservire aut vices formandas; quia cum planta pedis Christi v. g., ut inquit Caietanus ubi supra, sit supra superficiem connexam caeli empyrei, Ita ut totum

corpus extet, non potest caelum empyreum perculti lingua corporis gloriost ad formandas voces.

Dicendum ergo est quod praeter species infusas sensui auditus, quibus percipere poterint beati omnem musicac concertum? prout libuerit, formabuntur etiam voces ad laudandum Deum et colloquendum, quia lingua corporis gloriost percutiens partes ipsius corporis glorificati formabit voces siue illa aera necessitate; haec enim, erit veluti duis linguae corporis gloriost, nam sicut dicebatur lingua percussions partes caeli empyro; formatura voces, ita ut sonus in corpore incorruptibili subiectaretur, multo congeruentius est ut percussions partes eiusdem corporis gloriost virtute supernaturali producat sonum in ipsam corpore gloriosam, nam sicut supra diximus corpora gloriost habitura qualitates odorum, ut docet Sato in 4 d. 49 q. 4 a. 5. Med[ina] supra q. 3 a. 3 et sicut habitura sunt quatinus qualitates primas indebila proprietas, ita etiam quamvis incorruptibilita capacias erunt ad recipiendum sonum, qui etiam modico tempore durabit iuxta suam naturam et modum debitum lucubroni vocali aut harmoniae musicae. Legatur Bonaventura in 4 d. 49 a. 3 q. 1 et 2 ubi non recte reprehendit ergo qui dicebant sensus futuros in actu per species non acceptas ab obiectis, sed in eo bene refutat quod dicentes non accepturos species ab obiectis; male etiam Major in 4 d. 49 q. 12 negat gustum futurum in actu sensationis, quia tantum dilectiones illae negandae sunt, quae non tantum non sunt necessariae, sed habent aliquam turpitudinem.

4. dicendum est quod speciebus sensibilibus uti paterunt beati prout voluerint, quia ad perfectionem illius status pertinet perfecta subiectio corporis et animae voluntatis; hec enim, est principium commune apud Aug[ustinum] et D. Thos. locis citatis diuinorum esse dicere quod beati non possunt non videre oculis corporalibus; sicut ergo speciebus imaginationis, et sensuum inferiorum ita usui status, ut habeant involuntarios motus, ita etiam alentur speciebus sensuum exteriorum, quas habebunt plures vel pauciores infusas perfectas aut minus perfectas pro quantitate meritorum et gloriae essentialis.

Ultimo dicendum est, sensus corporis gloriost non distrahuntur ex eo quod percipient plures obiecta, quia cum tales sensationes sint supernaturales non videntur secundum mensuram virtutis naturalis, quae limitata est ad agendum. Nam secundum intensionem [74r] quam

secundum extensionem ut patet in calore: qui non potest producere nisi tantam intensiōnē: caloris neque cogere nisi in tantam sphaeram activitatis, licet non ministratur eius virtus ex eo quod intra tantam sphaeram suae activitatis plures vel pauciores producat calores, quia quamvis aliqui videri possint quod lucerna in medio agro posita remissius illuminat quamcumque partem sphaerae, quam illuminaret posita intra angustum cubiculum, quia virtutis quod cum eius activitas diffundatur in pauciores partes illuminandas intensius illuminat et agit haec in quantum non est ratio huius experientiae, sed quod lucerna ita angustum cubiculum posita illuminat etiam ipsas parvulas secundum extimas partes, qui cum sint densioris materiae agunt vehementius quam aer qui rarus est: multitudine autem maleficie, etiam si remissiōrem habeat qualitatem, non actionem agentis intensioris; impossibile autem esset quod lux reverberata a pariete egeret vehementius, nisi inhaereret, cum ergo unne agens habeat determinatum modum agendi et terminum tam qualis intensiōnē quam quoad extensiōnē, et intellectus vel sensus non possint habere determinatam sphaeram suae activitatis, quie agunt in se ipsos et non in extiorem materialē, et ita ex hac parte non possint habere terminum extensiōnis in agendo, sic necessario ut habeant determinatum terminum in pluralitate obiectūrum, quae simul possint percipere atque ita naturalis virtus intellectus vel sensus est limitata: in supernaturali autem cognitione non attenditur limitatio naturalis virtutis.

Quaestio 5.^a DE AUSERTIONE BEATITUDINIS IN ACTO ARTICULOS REVISA

ARTICULUS 1. Quidam homo possit rotundari beatitudinem

Conclusio, virtute divina potest homo consequi beatitudinem et est de fide ut infra patet, quia D. Th. hoc loco pro coelesti sumit beatitudinem et visionem Dei, in qua consistere beatitudinem probavit supra q. 3 a. 4 et esse possibilem visionem Dei probaverat 1 p. q. 12 a. 1.

Dubium sequitur deinde [74v.] Difficultas est circa aliqua dicta SS., ut Chrysostomus homilia 28 in Genesim ubi docet divinam maiestatem neque ab ipsis angelis videri: unde Ariani sumpererunt occasionem sui erroris quod Deus a beatis non videtur, et homilia 14 in Iohannem. Deum, inquit, nemo vidit unquam, immo neque ab angelis videtur, quia creata natura increata videre non posset. item Antha-

[nasius] Alex[andrinus] sermone in illa verba, omnia mihi tradila sunt a Patre meo etc. inquit quod nec Cherubim nec Seraphin obtuentur divinam maiestatem: item Theodo[retus] Ciensis episcopus in dialogo, cui titulus est immutabilis; Theodo[retus] in illud Iohannis. Deum nemo vidit unquam legatur Sixtus Senensis lib. 5 Bibliothecae annotatione 78 et lib. 6 annotatione 53 et maxime capite 82.

Fuit haeresis Armenorum non videri essentiam Dei sed claritatem quamdam illius et hanc dicebant beatitudinem potestualem. quem errorem refutat Casten verbo beatitudo haeresis. 1; damnatur hic error 1 Corinthi 13; videmus tunc per speculum in aenigmate tunc autem facie ad faciem, ita Apocal. 22 et Matth. 18 et in Extravaganti Benedicti II saepe citata; testimonia Sacrae Scripturae in quibus dicitur Deus invisibilis, inaccessibilis et similiter. Sanctorum testimonia adducta varjis modis explicantur: primo quod invisibilis dicatur; id est, incomprehensibilis, ut D. Tho. explicat 1 p. q. 12 a. 1 ad Im. vel quod in hac vita est invisibilis vel quod naturae viribus est invisibilis sive videri non potest; et aliquando etiam solet dici quia oculis corporalibus videri non possit et sicut in Sacra Scriptura aliqui dicantur vidiisse Deum facie ad faciem vel fuisse in conspectu Domini vel locuti eure illo os ad os, nihilominus tamen inde non colligitur Deum clare visum fuisse ab illis: tamen ex testimonio supra citatis et ex illa 2 Ioannis 3 videbimus cum sicuti est etc. colligitur in beatitudine videntum esse Deum clare. tum quia haec testimonia clariora sunt, tum quia ex adjunctis colligitur non posse intelligi nisi de clara visione; speculo, enim, et aenigmati huius vitae tantum potest opponi clara Dei vision, legatur Cantzapetrensis lib. 2 Hypotiposium c. 2 ubi ex Dionisio docei c. 7 De divinis nominibus, quoniam Deus dicatur invisibilis et ineffabilis; ubi etiam late contendit probare Deum non fuisse clare visum a Moyse in hac vita, sed quod imagines rerum saepe ipsarum rerum nominibus appellantur, teste Aug[ustino]: cum ergo Chris[ostomus] et alii dicunt non videri Deum neque ab ipsis Seraphin, aperte loquuntur de visione Del ex viribus naturae, ut patet ex Damaso[eno] 1 Fidei cap. 1 [75r.]

2.º dicendum est ratione naturali probari non posse beatitudinem, quae consistit in visione Dei, esse possibilem aut impossibilem sed tantum potest probari quod impossibilitas probari non possit. Sic Suplementum Gab[riel] in 4 d. 40 q. 1 a. 3 sub. 2, Med[inus] hoc loco. quicquid Scut[us] in 4 d. 43 q. 2 docuerit, qui hec in 4 d. 43 q. 2 dixerat probari non posse evidenter animae rationalis immortalitatem ut utro-

biusque falleretur. docuit ubi supra nra. Iominius quod diximus superius. quod scilicet, visio Dei potest probari evidenter esse possibilis; ratio autem est quia quod est supra naturam non potest evidenter cognosci posse communicari naturae ut patet etiam de unione hypothistica; neque refert dari appetitum elicium visionis Dei sicut male quis inferret probari posse evidenter possibiliter uniuersi hypothisticae ex eo quod ab hominibus appeteretur, probari tamen evidenter beatitudo naturalis, quia cum haec non excludat omne malum neque includat omne bonum. sed tantum: consistat in summum bono inter illa que naturaliter haberi possunt, evidenter probari possibilitas beatitudinis naturalis, quia evidenter potest probari bonum illud naturale esse possibile, quia naturale est.

Articulus 2. Utrum omnis homo possit esse beatior altero.

Articulus 3. Utrum aliquis in hac vita possit esse beatius.

Prima conclusio: ex parte adepionis summi boni potest unus esse beatior altero, secunda conclusio: aliqualis participatio beatitudinis potest esse in hac vita.

Quaeritur quomodo possit unus homo esse beatior altero.

In qua re dicendum est 1.º de fide esse quod beatitudo sit inaequale; fuit, enim, haeresis Ioviniani cuiusdam Romani omnes iustos paros esse in meritis et in praemio et omnes malos paros esse in precatiis et poena. cum constet de fide quod in domo Dei mansiones multae sunt et quod sicut stella differt ab stella in claritate, sic resurrectione mortuorum et qui parce seminat, parce et metet. Legatur Castro verbo beatitudo heresi 7: damnatus est hic error in Concilio Florentino in litteris uniones, ubi dicitur quod pro diversitate meritorum est diversitas praemii; et in Concordio Telensi sub Sericio Pontifice in epistola ad eundem, quae habetur inter epistulas Ambrosii et est 81, unde eravit Durandus] [75v.] in 4 d. 49 q. 2 dicens esse probabile omnes beatos esse aequales, licet oppositum sit securius. Legatur Sotus in 4 d. 49 q. 3 a. 2 et lib. 2 De natura et gratia c. 20, Vega lib. 3 ic. Triuierium c. 2: diretur autem in Evangelio unus denarius recipi ab omnibus beatis, quia una beatitudo ex parte obiecti omnibus datur, non quia acqualiter omnes videant Deum: legatur Ossius In confessione fideli cap. 87 et 89.

2.' dicendum est, inaequalitatem istam beatitudinis non consistere in specifica differentia visionis Dei, quicquid Marsilius in 3 q. 10 a. 2, Durandus in 3 d. 14 q. 1, Sotus in 4 d. 49 a. 2 q. 3 qui dicunt omnes visiones tam hominum quam angelorum esse eiusdem speciei et ita inde non posse sumi inaequalitatem beatitudinis quamvis, etiam, verum dicant in quantum de facto omnes visiones sunt eiusdem speciei in beatis, ut dicimus dicto 3, tamen recte visiones possent esse diversae speciei quamvis beatitudo semper sit eadem specie in ratione beatitudinis, sicut si beatitudo in hac vita consistenter in divinis eadem beatitudine specifica essent beati qui haberent nummos (sic) aureos et qui haberent nummos argentos, quia quamvis in ratione entis materia argentea differat a materia aurea, sed tunc non different in ratione beatificantis atque ita, et si visiones Dei different specie, beatitudo tamen esset eadem specie quia non beatificant in quantum distinctae visiones secundum speciem, sed in quantum sunt visiones Dei; posset autem intelligi visionem Dei differre specie dupliciti via: non quidem, quia potentiae videntes Deum differant specie, scilicet, angelis et huminibus, quia a diversis principiis potest produci idem effectus specie, ut calor a lumine et a calore, idque facilius est in potentia elevatis ad effectus sibi non debitos et ob eamdem rationem a lumine gloriae. etiam si daretur diversum specie, non habent visiones Dei distingui specie necessario, praesertim quod lumen gloriae in omnibus est eiusdem speciei, ut docent D. Tho. De veritate q. 9 a. 1; tantum ergo ex parte obiecti potest dupliciter intelligi distinctio specifica inter visiones Dei; primo modo quod Deus videatur sicut; est per duas imagines distinctas natura in essendo ut statim dicimus; secundo modo quod per unam speciem aut visionem videatur Deus, per alteram vero speciem indivisibiliter videatur: Deus simul cum creaturis: quod, enim, hoc sit possibile probatur, quia essentia divina indivisibiliter ex parte suae entitatis repraesentetur seipsum et omnes creature, ergo etiam possibilis est imago creata, quae indivisibiliter repraesentetur Deum et creature, ita ut per eandem entitatem physicam, per quam repraesentat Deum, repraesentent etiam creature; ex quo fit quod si verba beatifica sunt indivisibiles qualitates [70r.] respectu obiecti, ita ut non respondent alla partialis entitas in verbo beati respectu Dei repraesentati et alla partialis entitas respectu creature visarum, evidentiter sequitur verba beatifica diffire specie, quia repraesentatio est essentia verbi, ergo impossibile est quod non habet diversam essentiam habere diversam repraesentatio-

nem, nisi intelligamus per aliquid diversum supervenientibus habere novam repraesentationem, et tunc iam responderet diversa entitas superveniens novae representationi; tertio alio etiam modo potest intelligi differre verba beatifica quod unus beatus habeat imaginem repraesentantem Deum et alter beatus habeat eandem entitatem imaginis repraesentantis Deum extensam tamen ad alia obiecta creata, quac videantur per alias imagines partiales unitas cum illa priori imagine repraesentante Deum sicut videns parietem album habet imaginem illius, quod si addatur aliquid pariem videtur per eandem speciem, extensam tame per quandam entitatem partialem et, si hoc modo beati videat Deum, visiones Dei non distinguntur specie, neque entitative, sed tantum quasi extrinseco per allunctas sibi entitates partiales, sicut quando vere vel false dicitur de habitu scientiae circa unam conclusionem quod extetuditur, quando augetur circa secundam conclusionem, certum est quod cognitione primae conclusionis, quando erat sola ei eadem cognitione, post augmentum circa secundam conclusionem non differt specie.

3. *Quoniam est hanc beatitudo de facto sit ab eodem lumine secundum speciem et sit etiam respectu objecti primarii eiusdem naturae, quando tertius modus, quem nuper diximus, probabilior est: quod de facto contingit, quia si Deus vellat manifestare in verbo aliquid creatum de novo alicui beato non deberet id fieri per corruptionem verbi beatifici et productionem alterius imaginis distinctae speciei, sed per additionem alicuius entitatis partialis: tum etiam quia cum visio Dei habeat rationem praemii, rationabile est sicut gratia et charitas, quibus responderet praemium sunt eiusdem naturae in omnibus visitationibus, sic etiam visio Dei quae est praemium sit eiusdem naturae. In heatis, quanvis, inquam, hoc de facto evincit. Tamen de potentia specie hanc videtur poterat Deus sicuti est per diversas imagines specie distinctas; probatur eadem essentia divina sicuti est repraesentatur clare per ipsam essentiam divinam et per verbum mentis beati cum differenti penes creatum et increatum, ergo eadem essentia divina sicuti est potest repraesentari per duas imagines creates expressas distinctae naturae, Item potest dari imago, quae repraesentet Deum [75v.] et creaturas per diversas entitates partiales, et altera imago quae repraesentet Deum et creaturas per eandem entitatem indivisibiliter; et entitas illa indivisibiliter repraesentans Deum et creaturas necesse est quod essentialiter differret ab entitate illa partiali, quac tantum repraesentant Deum.*

4.º dicendum est per species illas diversae naturae repraesentantes. Deum perfectius atque perfectius non diceretur Deus ex eo perfectius cognosci quod per unam speciem appareret aliquid in Deo vel aliquis modus Dei secundum se ipsum, qui non appareret per alteram speciem, sed ex eo quod illae imagines essent diversae assimilatione specie ex eo quod Deus ipse alio modo repraesentaretur. ita ut quamvis non cognosceretur alius modus Dei secundum se ipsum, tamen ipse Deus alio modo cognosceretur et alium modum haberet in ratione cognoscibilis, ita ut diversus ille modus cognitionis non tantum se teneret ex parte imaginis repraesentantis, sicut quando homo et angelus intelligunt albedinem per diversam imaginationem et repraesentationem. sed etiam teneret se ex parte obiecti in quantum repraesentabilis, ut quod, sicut contingit in potentia visiva; nam eamdem rem, quam ante videtur videtur aliter v. g. per ocularia: quis videmus maiorem, etiam si aliquantulum magis distemus ab eodem obiecto, quam ante, in qua visione videtur ut quod modus ille majoritatis, qui ante videtur: quod non potest contingere ex eo quod aliquae partes, quae ante latitarent, postea per ocularia disceruntur tum quia non est ratio cur haec potius quam illae latitarent tum quia conscientem per ocularia diximus aliquantulum magis distare, ergo partes, quae non mittebant speciem in vicum, quando non erat magis proximius sed latebant, non poterunt postea millere speciem in visum magis distantem, ergo tota ratio est quod quamvis nulla pars nec ulla intensio illius non videatur, postea tamen per ocularia alio modo majoritatis videtur. ita ut modus ille non latitatur se tenet ex parte cognoscantis sed etiam ex parte obiecti, quia talis majoritas videtur ut quod, sed sicut non quaelibet res et quantumcumque exigua potest perfectior et maior repraesentari, sed pro ratione suae naturae et magnitudinis tanta vel tanta appetet, sic etiam non quaelibet res potest in infinitum perfectius et perfectius repraesentari perfectione se tenente ex parte rei, quae cognoscatur ut quod et ut obiectum.

Sit alterum exemplum, cum simplicissimus sit potest physica unione totius uniti aliter atque aliter [77r]. non obstante eius simplicitate, ita ut quamvis nihil sit in Deo neque aliquis modus in illo, qui non sit unitus, tamen potest aliter atque aliter uniti unione physica, ergo potest non obstante simplicitate divina aliter atque aliter uniri obiective in esse intelligibili; patet antecedens quia, si omnes tres Personae divinac assumerent unam humanitatem, totus Deus et

tota Trinitas esset praesens tali humanitati unctione quadam perfectioni quam est illa, secundum hanc quam Deus est intime praesens omnibus creaturis; sicut ergo per diversum modum unionis idem Deus perfectius atque perfectius unitur, qui modus unionis non est aliquid superadditum Deum sed ipsis creatura, sic etiam intellectio beati potest esse major et maiori participatio eiusdem obiecti, non ex eo quod aliquid appareat in obiecto quod antea non appareret sed quia alio modo apparet idem obiectum, ergo sicut totus Deus est aliter atque aliter participabilis¹²⁸ per diversas uniones, quavis semper totus participetur. ita etiam idem Deus erit aliter atque aliter participabilis per diversas intellectiones, quavis semper totus intelligitur: item sicut idem Deus aliter participatur per unionem hypostaticam atque per visionem claram, non obstante simplicitate. ita etiam poterit alter atque aliter participari per duas claras visiones.

Sed cibiles quod etiam quaecumque res creatae esset incomprehensibilis, quia potest videri perfectius atque perfectius per imagines differentes specie. Respondetur quod imagines creaturec dupliciter possunt distinguiri specie: primo modo, quia habent diversam naturam secundum se atque adeo diversam representationem, ita tamen quod nihil magis distingatur in obiecto per unam speciem quam per alteram, ut constat in speciebus sensus exterioris et interioris et intellectus hominis in hac vita; nihil enim magis apprehendit in albedine intellectus per primam apprehensionem quam sensus interior et exterior et tamen imagines representantes albedinem illam habent triplicem naturam distinctam secundum speciem; secundo modo possunt esse imagines creature distinctae, quia alio modo ex parte obiecti representantur creature per unam speciem quam per alteram, ita ut mundus ille sit etiam pars obiecti et secundum hanc rationem non possunt esse imagines creature perfectiores essentialiter atque perfectiores in infinitum, quia sicut quantitas bipedalis non potest in infinitum apparere major atque major per quocumque medium transire species, sed tantum intra certos limites pro ratione suae magnitudinis limitatae, ita etiam nulla creature, cum limitata sit. [77v.] potest perfectior atque perfectior apparere in infinitum, sed pro ratione suae perfectionis, quae, cum limitata sit, potest ab angelo comprehendendi creature quia cognoscit illam omni modo perfectionis ex parte obiecti.

¹²⁸ Dos palabras tachadas.

quo est cognoscibilis etiam a Deo, quamvis Deus ipse perfectius illam cognoscat perfectione se tenente ex parte cognoscentis.

5.º dicendum est quatinus explicari forte satis non possit ratione naturali quomodo Deus, cum sit simplicissimus, non comprehendatur a beatis, a quibus tamen totus cognoscitur, tamen certum esse debet tanquam de fide quod Deus est incomprehensibilis a creatura neque potest hoc non temere negari, quod tantum ex professo probare pertinent ad questionem 12 primae partis.

Ultimo dicendum est variis modis posse intelligi quomodo unus beatus sit beatior altero: primo modo quia videt Deum per imaginem distinctae naturae, non tamen declarantem aliquid in obiecto neque aliter representantem obiectum; alio modo ex parte obiecti et sic non potest unus esse beatior altero, et ratio est aperta, quia beatitudo hominis consistit in assecutione summi boni. assecutio autem summi boni fit per intellectum summi boni, sed excellentia illius perfectioris imagini non cognoscitur ut quod a beato per illam ipsam imaginem; ergo non potest esse beatior ex illa excellentia imaginis, quia nulla perfectio beatificat intellectum, quia inhaeret illi, sed quia cognoscitur ut inhaerens illi; secundo modo posset intelligi beatus alteri beatior, quia maiore intensione Deum videt, et quidem, scilicet intensu hacten nihil aliud dicit quam maiorem conatum videntis et non habet secundum diversum aliquem modum ex parte obiecti, non potest facere beatorem propter rationem super adductam, et patet quia potest esse maior intensione in aliqua cognitione, quin cugnoscatur magis de obiecto; tertius modo possit intelligi: beatus alteri beatior, quia plures creaturem videt in Deo ex vi essentiae divinae cognitae et hoc non potest facere huminem beatorem, quia, ut omniam modum difficultatem illam, an creaturem videantur ex libera voluntate Dei volentis ut videantur ut ei non plures, certum est quod creaturem ut creaturem omniliae non possunt beatificare, ergo debet beatificare ille perfectior modus cognoscendi Deum ex qua nitor ut plures creaturem videantur ex vi illius; quartu modo potest intelligi beatus perfectior altero, quia perfectiori modo tenente se ex parte obiecti videt Deum quam alter secundum quod supra explicavimus, et hic modus est verus et sotus, quo potest intelligi unus beatior altero, atque ita quando ingamus in quo consistat maior beatitudo beati non debemus respondere simpliciter consistere in maiori intensione visionis, quia intensio cognitionis, ut tantum (78.) intensio est, non dicit quod obiectum ex parte obiecti aliter cognoscatur, sed tantum dicit maiorem

conatum cognoscentis, quem iam probavimus non posse magis beatificare; sed respondere debemus ex eo esse unum altero beatiorum, quia intenditur visio Dei per ordinem ad conatum principi efficiens, ex quo patet quod etiam si daretur de potentia absoluta infinita Dei visio secundum intentionem, non esset visio comprehensiva Dei, tum quia absurdum esset non judicare tanquam certius esse Deum incomprehensibilem quam non posse dari infinitum de potentia absoluta, cum quia infinita intensio in visione tenet se ex parte cognoscentis non autem ex parte rei cognitae, ut diximus, quia non cognoscatur Deus per illum infinitam visionem omni modo, quo est cognoscibilis ex parte obiecti, imo vero etiam si per impossibile daretur visio Dei infinita, qua cognosceretur Deus a bestia omni modo possibili ex parte obiecti, etiam si modus illius ex parte obiecti esset infinitae perfectionis, adhuc non comprehendenderetur Deus a creatura, sicut neque cognosceret beatus omnes possibiles creaturas, quia licet modus illius ex parte obiecti esset infinitae perfectissimae infinitatem in suo genere, atque ita nunquam attingeret perfectionem tristis illius quo Deus se ipsum cognoscit, sed semper remaheret visio illius perfecta infinita in genere entis creatae, unde sicut nulla cognitione quantumvis infinita potest attingere perfectionem cognitionis divinae, sed semper remanet infinita in genere entis creatae ita modus illius ex parte obiecti numerum posset attingere perfectionem illius modi quo Deus se ipsum cognoscit, atque ideo non comprehendenderet Deus: probatur pars prima quia non minus Deus est cognoscibilis quam cognoscitivus, ergo sicut in ratione cognoscitivi non potest esse aequaliter aliquid cognoscens creatum, etiam si haberet infinitam vim cognoscitivam creatam, ita in ratione cognoscibilis a nullo potest cognosci, etiam per infinitam cognitionem creatam in tanta perfectione ex parte obiecti in quanta se ipsum cognoscit Deus et idem quod diximus de visione dicendum est de amore voluntatis, quod, scilicet, etiam per amorem infinitum intensive huiusmodi Deus amaretur quantum amabilis est, neque enim, ut diximus, qui concederet infinitum esse possibile eo ipso concedere deberet Deum posse amari a creatura quantum amabilis est.

Ex dictis sequitur quomodo sit verum quod dixit Durandus in 4 d. 49 q. 2 ad l. m. unum posse esse beatiorum altero, quia Deus potest, inquit, influere perfectionem actum intelligendi vel quam alteri; non, enim, est intelligendum quod sola perfectione intentionis faceret beatinrem sed necessaria esset [78v.] ex solo obiecto: Major vero in 4 d. 49 q. 2 dicit visionem angelique et hominis esse diversas

specie, tamen quando aequalia habuerunt merita fieri tantam additionem visioni humanae ut adaequet perfectionem beatitudinis angelorum, sed de facto quidem immixta ponit has visiones specie differe, quia licet operationes naturales, quia sunt iuxta proportionem principii naturalis sint diversae in angelis et hominibus, tamen operationes naturales possunt esse eiusdem speciei, sicut et principium supernaturale sicut voluntas angelorum et hominum tam in via quam in patria habet amorem supernaturalem eiusdem speciei, quia licet huiusmodi operationes etiam sint vitales, neque adeo supplet non possint, tamen huiusmodi operationes non sumunt rationem suae vitalitatis ab hac vel illa potentia, in quantum est humana vel angelica, sed a potentia in quantum est potentia viventis, tamen de possibili sententia Maioris qua ratione possit esse vera patet ex dictis.

Ultimu infertur ex dictis et ex articulo quarto superioris questionis, qua ratione per beatitudinem naturalem possit esse utrus beatior altero, et patet etiam ex dictis ibidem, quae circa articulum tertium huius quæstionis dici poterant, quomodo scilicet, possit quis esse beatus in hac vita, nam beatitudine supernaturali imperfecta per similem Dei beatus est beatitudine naturali imperfecta per cognitionem naturalem primæ causæ, beatitudine naturali perfecta per cognitionem naturalem Dei, quam etsi confusam ei per alienas species haberet¹²⁷ tamen perfectionem animam separata, nam de beatitudine naturali hominis, qui non est ordinatus in finem aliquem supernaturalem et cum cognitio illa animae separatae perfectior esset, haberet homo in via naturalem appetitum illius cognitionis, quia licet talis cognitio nisi intercedente morte contingere non posset et appetitu sensitivo homo refugeroit mortem cuperetque non spoliari corpore sed supervestiri cognitione illa perfectiori, tamen quia et hoc esset impossibile et separatio a corpore necessaria, appetitus rationali appeteret homo statum separationis, in quo et libera esset anima a molestiis corporis et habilior ad cognitionem primæ causæ.

ARTICULUS 4. Utrum beatitudo possit omitti.

Beatitudo huic vitae, quae imperfecta est, inadmissibilis est, sed beatitudo perfecta omitti non potest.

Quateritur 1.º Utrum beatitudo natura sua sit inadmissibilis.

127 Graffia aclarada al margen.

[79r.] In qua re 1.^a notandum est fuisse errorem Origenis beatos aliquando amissuros esse beatitudinem, ut colligitur ex lib. 1 Periarchon c. 5 et lib. 2 c. 23; hunc errorum ascribunt (sic) Origeni Augustinus, D. Tho. ac alii, quos refert Castru verbo beatitudo haeres; 3, insinuat etiam Epiphanius in epistola ad Iuannem episcopum hierosolymitanum et in epistola ad Habacuum, quae extant in tomo 2. operum Hierosolimi; punctualiter enim, Origenes quasdam alterationes beatitudinis et misericordiae, ita ut beati post multa tempora ad corpora redirent et rursus ad beatitudinem evocarentur, tamen Pamphilus in epistola pro Origine illum defendit ut ex Origine colligi videtur in epistola ad Africanum, et homilia 35 in Lucam et oppositum dicit hic autor insertum fuisse operibus Origenis; et levat Hieronimus in apologia contra Rufum, Piateolus in Eleazar haeresum verbo Origenistae ubi non refert hunc errorum inter alias Origenis, et Sanderus lib. 7 De visibili monachis haeresi 46, qui non refert beatitudinem amittendam ex sententia Origenis, sed misericordiam finiendam et damnatos aliquarum caelo reddendos et resiliendos, sed quidquid sit de sententia Origenis aperte hoc error est contra fidem, Sep. 3, et passim in Evangelio ubi et beatorum vita dicitur aeterna et ignis etiam damnatorum perpetua.

2.^a notandum est dupliciter posse intelligi difficultatem propositam: primo modo de visione in quantum visio est, utrum sit incorruptibilis, altero de visione in quantum beatitudo est.

1.^a dicendum est in primo sensu, quod visio Dei non potest esse corruptibilis¹²⁸ a contrario, quia visio Dei dicit evidemtiam, evidentia autem nihil potest corrompere tanquam contrarium, quia cum nihil evidentiae oppositum sit praeter obscuritatem et tenebras, sicut nucus quam lux expellitur per tenebras sed e contra, ita nunquam evidentia expelli potest per obscuritatem aut errorem; unde scientia non potest corrupti a contrario, sed tantum ad effectum conservantis; item visio Dei non est corruptibilis defectu subiecti, quia subiectum est aeternum, scilicet intellectus: item non est corruptibilis ab agente aliquo naturali, quia, ut inquit D. Tho. hoc locu, cum visio Dei fiat per quandam elevatam coniunctionem intellectus cum Deo, ita a nullo agente naturali subtrahi potest aut corrupti, quia nullum agens particulare naturaliter agens potest corrupti visionem, nisi inducendo contrarium; item non potest corrupti ad effectum conservantis

128 Tachato "in".

particularis propter rationem dictam; neque potest amitti propter voluntatem liberam beati [79v.] tum quia non potest voluntas beati velle non videre Deum, et quamvis posset velle, si impuneretur preceptum a Deo, tamen non cessaret a visione, quamvis velle cessare: quia qualitas, quae est principium visionis, non est in potestate voluntatis neque ab illa pendet, sed antecedit omnem actum illius, scilicet, lumen gloriae, sicut non est in potestate voluntatis quod manus calida calefaciat manum frigidam approximatam: neque vera visio cessare potest ex eo quod voluntas avucet intellectum a visione Dei imperando visionem alterius objecti sicut in via experimur quod potest voluntas traducere intellectum de una cognitione in alteram, quia Deus clare visus tam est obiectum acre ad intellectum ut non possit voluntas vehementioris objecti cognitio emere impetrare, tum quia visus Dei est notitia quaedam intuitiva tota simul, ergo s. in via non potest voluntas facere ut intellectus vel sensus non apprehendat simpliciter rem propositam, si adsint requisita ad visionem, ita et multo melius non poterit in patria facere ut intellectus tum intueatur divinum essentiam semel illustratus lumine gloriae: imo vero etiam per solum auxilium actuale elevatus ad videndum Deum.

Tantum ergo potest esse visio corruptibilis in ordine ad Deum conservantem, neque, enim, inquisimus, utrum visio sit in eo sensu incorruptibilis, in quo Iustinus Martyr in quaestionibus propositis a gentilibus q. 61 dicit id solum habere immortalitatem, quod non habet ullam ab alterius voluntate, sed in eo sensu in quo anima rationalis dicitur immortalis per Concilia et Sanctos: neque, enim, certamus modo cum Scoto, utrum proprie debet dici incorruptibilis natura sua, quod non habet contrarium, quamvis a Deo possit destrui: est, enim, quaestio de nomine, sed proprias Joquimur direntes¹²⁹ illud absolute incorruptibile, quia sicut absolute dicimus creaturas possibles et creaturas esse, quamvis neque possint esse neque sint sine Deo faciente aut conservante, ita absolute res debet dici incorruptibilis et aeterna, quamvis ad euanu aeternitatem requireat dependentiam aeternam a Deo, dummodo in sua natura nihil sit, quod postulet corruptionem vel desitatem; dicendum ergo est visionem Dei ex suppositione luminis gloriae esse incorruptibilem: probatur aperte, quia ex lumine necessario sequitur visio, sicut ex visione amor, ergo indefectibiliter, ergo aeternae.

¹²⁹ Parabolica.

2^a dicendum est simpliciter loquendo de visione non quatenus beatitudo est, sed quatenus visio est, debemus illam dicere corruptibilem. Pro cuius intelligentia notandum est [80r.] quod cum visio habeat necessitatem durantis est lumine gloriae, si lumen gloriae absolute non est incorruptibile, visio etiam Dei absolute non erit incorruptibilis; secundo notandum est quod sicut accidentis non dicitur secundum se naturale, supernaturale aut violentum, sed in quantum referunt ad subiectum, cui ita haec, nam si est debitum dicitur naturale, si non est debitum et perficit naturam dicitur supernaturale, si non est debitum et vocet subiectum dicitur violentum, ita etiam corruptibilitas in accidenti debet considerari respectu subiecti aut causae efficientis; respectu ualem Dei tantum non potest aliquid dici corruptibile vel incorruptibile natura, quia omnia respectu Dei agentis libere ad extra indifferentia sunt ad essendum et non essendi, ergo ad inquirendam incorruptibilitatem in lumine gloriae et aliis effectibus, qui tantum immediate hant a Deo, non est attendenda causalitas Dei, quia ut diximus haec sola non potest dare rebus quod natura sua postulant semper esse aut aliquando non esse, ergo in ordine ad subiectum considerandum est lumen gloriae, utrum natura sua corruptibile sit hecne.

His ergo suppositis dicendum est, lumen gloriae in quantum est principium visionis et non in quantum est principium illius in ratione beatitudinis esse absolute corruptibile Probatur: omne accidentis, quod est supernaturale subiecto, non potest naturaliter petere conservari in subiecto, ergo neque esse aeternum in subiecto; probatur, quia si est accidentis supernaturale, ergo non petitur ex natura subiecti, quam superal, ergo cum semper supereret naturam subiecti, nuncquam petitur a natura subiecti, ergo cum accidenti nunquam sit debitum esse vel non esse nisi in ordine ad subiectum quia suum esse est inesse illi, sequitur quod, cum subiectum non petat per aeternam durationem sive per brevem lumen gloriae non erit natura sua incorruptibile, substantia vero, quae materialis est vel saltem in materia esse potest in ordine etiam ad dispositiones petit fieri vel non fieri, durare vel non durare, ut esse in materia vel non esse in materia, substantia vero immaterialis completa ut angelus cum non habeat rationem partis neque perficientis alterari, habet natura sua immutabilitatem licet dependentem a Deo, quia cum sit aliquid omnino absolutum a subiecto petit semper esse postquam semel fuerit, quia

esse iam habito repugnat non esse. atque ita ab esse ipso iam habito petitur ex natura duratio: accidenti vero etiam semel existenti non debetur conservatio nisi quantum petitus a subiectu quia est propter subiectum; omittit¹²⁰ quae a causa efficienti naturali habet perpetuitatem. Secundo probatur: quia dotes corporis glorificati non sunt natura sua incorruptibles, licet de facto propter statum beatitudinis futurae sive aeternae; nam si Paulus [80v.] reptu ad tertium caelum datae fuissent in corpore dotes gloriosae, sicut visio in intellectu, non fuisset contra naturam illarum qualitatum si substrahebatur a Deo. sicut ablate fuit visio, neque, enim, satis est dicere quid ablate visione debebant auferri, quia ut supra diximus visioni in quantum visio est non debentur tales qualitates in corpore uidelicet Deum, sed in quantum beatitudo est. Item: si Deus augoret miraculose lucem solis, non esset contra naturam illius augmenti etiam semel facti, si lumen solis remitteretur usque ad statum suum naturalem; Item si quis videret in Eucharistiae speciebus puerum vel aliquid apparen^t immutata potentia visiva per imagines visibiles miraculosas, et statim, ut saepe fit, evanescent illae imagines, non esset contra naturam illarum quod non durarent in aeternum, imo de ratione huiusmodi appetitionem est quod subito sint et tamen neque dotes corporis gloriosi neque augmentum luminis in sole neque imagines istae in potentia visiva habeant aliquid contrarium: immo vero sunt quaedam naturales qualitates, quae licet non habeant contrarium neque dependant in conservari a suo agente, nihilominus natura sua sunt incorruptibles et corruptiuntur sine corruptione subiecti ut patet in simo et in impetu projectorum, quia etiam nullo remittente contrario suo tempore lan- goescit. Tertio quia clara Dei visio, quae tantum procedit ab actuali auxilio Dei non est natura sua incorruptibilis. ut patet in Paulo si vidit Deum in via, ergo si lumen actuale, qualis est visio, non est natura sua corruptibile, neque lumen habituale erit in corruptione, quamvis visio ut connaturaliter fiat patet fieri a lumine habituali. tamen etiam potest fieri ex solo actuali Dei.

3.^a dicendum est habitus gratiae et charitatis sunt incorruptibles ex suppositione lucis gloriae non absolute ex natura sua; hoc secundum patet ex dictis, primum probatur non quia tales habitus procedant efficienter a luce sicut visio Dei, immo vero praesupponuntur, sed quia si est lumen gloriae debetur visio, si est visio debetur duratio amoris, si est amor debetur habitui elicenti amorem duratim

Ultimo dicendum est, 1. et beatitudo essentialiter requireret aeternitatem et beatitudo essentialiter consistat in visione, non sequitur quod visio natura sua sit aeterna, tum quia satis esset atomitos de facto in visione ad rationem beatitudinis quia beatitudo etiam si essentialiter esset aeterna non poteret incorruptionem visionis sed incorruptionem, tum quia etiam si visioni succederet aliqua altera visio distincta numero non desideraret beatus esse beatus et tamen esset beatus per visiones corruptibiles et corruptibles; [81r] ex dictis ergo infertur falso dixisse Sotum in 4 d. 49 q. 3 a. 4 quod visio natura est incorruptibilis; item Cai[ctanum], Conradum et alios hoc loco; Medina vero multa dicit falsa in hoc articulo, quae non indigent refutatione, ut quid visio ab habitu et auxilio actuali facta differat specie.

In secundo sensu sit 2^a quaestio utrum visio in ratione beatitudinis essentialiter requirat aeternitatem. Ratio dubitandi est dictum Aristotelis c. 7 dicentes; ver. enim, nec una hirundo facit neque unus dies beatum benicem eudem modo felicem¹²¹ neque unus dies neque unum breve tempus efficit, et ibidem D. Tho. docet beatitudinem huius vitae, si non sit perpetua, non esse beatitudinem, quoniam etiam sapientia docet Ang[estimus] et maxime lib. De moribus Ecclesiae. c. 3 dicens quoniam summum bonum est tale esse debet quod non admittat invitus, quippe nemo potest confidere de tali bene quod sibi eripi posse sentit; quisquis autem de bono quo fruatur non confidit in tanto timore amittere illic beatus esse quis potest.

Dicendum tamen est quoniam de ratione essentiali beatitudinis non est inammissibilitas aut diuturna duratio: non quidem ex eo quod jam beatitudo consistet in pluribus rebus, quia duratio rei non potest in numero cum re ipsa, imo vero aliqua duratio necessaria est, quia quod nullum modo durat non potest beatificare, quia nullo modo est, sed ratio est quia duratio tanta vel tanta rei non auget perfectionem specificam, sed per accidens se habet ad illam, ergo non auget perfectionem specificam, quum qui beatificat ratione perfectionis specificie beatificat. Secundo fingamus hominem videre Deum statimque post aliquam durationem emissurum esse visionem, tum si pro illo tempore, prius quo videret Deum, nullam haberet perfectionem intrinsecam: minorem quam habet videntis Deum visione durante in perpetuum

121. Sigue lectura difícil.

122. Tachadura y "non" escrito sobre ella.

modo est beatus non visione¹³² prout futura, ergo prout praesenti, quia si a visione ut futura esset beatus nunquam esset beatus, quia futurum ut futurum nunquam est praesens, sed Ille alter videns Deum visione non duratura habet visionem prout praesentem, ergo prout beatificantem; quod vero ad beatitudinem non requiratur cognitio aeternae durationis et quod non requiratur extrinseca Dei voluntas, qua definitur se conservatorum visionem, in perpetuum probatur primum quia cognitio perpetuitatis non potest beatificare essentialiter, nam non habet pro obiecto immediato Deum ipsum, sed cum sit actus reflexus habet pro obiecto cognitionem ipsam Dic; item quia cognitio perpetuae felicitatis iam supponit felicitatem perpetuam, ergo non potest essentialiter pertinere ad felicitatem, praesertim quod non est necessaria ista cognitionis reflexa; quia si beatus [81v.] naturaliter se habet, scilicet, neque cognoscens duraturum visionem neque cognoscens non duraturam visionem, procul dubio esset beatus, cum posset habere visionem aeternam, est id ipse cognosceret et tamen omni errore et iustitia sollicitudineque caret. Probatur secundum quia voluntas illa extrinseca Dei, qua statuit visionem conservare non tantum per durationem infinitam sed etiam per aeternam, non auget perfectionem intrinsecam visionis durantis per durationem illam finitam, ergo non potest beatus in illa duratione finita intelligi formaliter perfectior, atque adeo neque formaliter beatior per voluntatem illam extrinsecam, qua statuit Deus conservare in perpetuum; unde merito Ar[istoteles] dixit 1 Ethic c. 6 bonum, quia perpetuum, non esse magis bonum, si quidem ne diuturnum a'bum, inquit Ar[istoteles], est magis album quam album unius diei, ubi D. Tho. inquit, perpetuum a non perpetuo differt duratione, differentia autem durationis est, Inquit, praeter rationem speciei; in Deo autem duratione aeterna arguit infinitam perfectionem, quia aeternitas Dei non distinguitur a Deo quin modo, sed tam necessarium est Deo esse aeternum, quam esse suum esse.

Sed dices hoc procedit ex falsa imaginatione durationis beatitudinis, quia beatitudo est tota simul mensuraturque aeternitate, aliuce ideo in illa non potest assignari prius et posterius nec potest dici quod beatitudo, quam nunc habet beatus, non includit durationem futuram, quia re vera includit omnem durationem, ita nulla est duratione futura sed toto est praesens; sed respondetur hoc esse latsum, quia revera unaquaque res creata habet partes suas durationes: probatur potest magis et minus durare, ergo clus duratione habet divisibilita-

rem; antecedens patet quia si angelum Deus annihilaret, minus duraret angelus quam modo de facto duraturus est, aliquid si nihil magis duraturus est, ergo nihil detrahetur de duratione per annihilationem, solus ergo Deus habet indivisibiliter durationem in se ipso quia non potest magis aut minus durare sed essentialiter habet semper esse eodem modo et ita essentialiter est aeternus et essentialiter est sua duratio; at vero creatura, cum non sit essentialiter sua duratio, semper habet quantum durat divisibilem durationem; quando ergo dicimus immortalia et invariabilis mensura mensura indivisibili, non significamus quod non possint natura sua magis et minus durare atque adeo divisibiliter sed quod talis duratio est uniformis et eadem atque una unitate rei durantis quia, scilicet, talis duratio, etsi maior aut minor, non habet partes dissimiles durationis, quia talis duratio semper mensurat rem eodem modo se habentem atque ita indivisibiliter, scilicet, semper mensurans totam rem et non partem rei, sicut tempus, quod non mensurat totam rem indivisibiliter [82r.] sed pars temporis mensurat partem rei et totum tempus totam rem et ideo dicitur res invariabilis indivisibiliter mensurari, sicut angelus dicitur esse indivisibiliter in loco, quia, licet sit in loco divisibili, est tamen totus in qualibet parte loci. ita res invariabilis est tota in qualibet parte durationis.

2^a dicendum est quamvis ad essentiam beatitudinis supernaturalis perfectae non requiratur inaccessibilitas aut aeternitas, scilicet nec requireatur ad essentiam beatitudinis naturalis in homine, qui tandem ordinatus esset ad finem naturalem, tamen ad perfectionem beatitudinis, immo ad beatitudinem, ut sub hoc nomine significatur, requiriatur necessario aeternitas: endem. enim, modo loquimur in hac re, quomodo locutus somus supra de rectitudine voluntatis. quod, scilicet, ad essentiam beatitudinis non requiritur, sed ad perfectionem illius et ad beatitudinem, ut sub hoc nomine significatur. Sententia, quam diximus, est Dur[andi] in 4 d. 49 q. 6. quem sequitur P[ro]lud [anus] ibidem; inquit, enim, si beatitudo sumatur pro aggregatione bonorum de ratione illius est perpetuitas. secus si sumatur pro operatione perfectissima; idem videtur sentire Scotius ibidem q. 6, dicens quod si beatitudo sumatur pro perfectissima operatione intensive non est essentialiter aeterna, si tamen sumatur pro perfectissima operatione extensiva necessario est aeterna; idem sensit Supplementum Gab[riel]i q. 2 a. 3 dub. 7. Ocham in 4 q. ultima a. 4 dub. 6 et secundum hanc distinctionem Supplementum Gabrielis conciliat dicta Sanctorum et

maxime Aug[ustini] locis citatis, et ita revera est quod quando Aug[ustinus] requirit perpetuitatem ad beatitudinem non loquitur de essentia beatitudinis sed de perfectione illius; constat enim, ad essentiam beatitudinis non requiri cognitionem reflexam illius. ergo multo minus cognitionem reflexam aeternitatis illius at nihil potest beatificare nisi vel quia obiectum vel quia inhaerens intellectui: ergo aeternitas cum non necesse sit cognoscatur et ex altera parte nunquam tota simul sit secundum sensum explicatum obiectum praecedenti, sequitur quod aeternitas non possit pertinere ad essentiam beatitudinis. Neque aliud voluit D. Tho. in hoc articulo neque eius rationes aliud probant, nam quod appetitus beati debeat esse satiatus aut quod debeat esse sine ullo motu et dolore eortum est, ut probavimus, non requiri ad essentiam beatitudinis, nam neque animae beatorum habent satiatum appetitum gloriae corporis neque Christus Dominus quando fuit viator caruit omni dolore.

Secunda vero ratio quod Deus non auferat praemium sine culpa tantum probat de perfectione praemii. id est, ut praemium sit perfectum. Ar[istoteles] vero tantum significavit quod diximus, nam ipsem est idem. d. 4 dicit quod una operatio praedita insigni honestate est melior quam plures, etiam si non adeo duret, non ergo negat Ar[istoteles] loco adducto hominem esse beatum pro tempore pro quo habet operationem perfectissimam essentialiter, sed quod si moritur sine illa operatione non est dicendus simpliciter beatus.

Questio ultima utrum ille de ratione beatitudinis, quae est summa felicitas, non sit aeternitas, sit tamen de ratione summae infelicitatis.

Ratio dubitandi est quia supra diximus beatitudinem essentialiter consistere in visione caetera vero omnia, quae non pertinent ad essentiam visionis, non pertinere ad essentiam beatitudinis, ergo summa infelicitas consistit in negatione visionis Dei, et quicquid non pertinuerit essentialiter ad negationem visionis Dei non pertinet ad summam miseriae, sed ad augmentum illius in cetera essentia specifica summae miseriae. Ex altera vero parte ratio dubii est quia si id verum esset sequi videntur haec absurdia, quod lapsus esset miser essentialiter, quia non habet visionem Dei. item homo in puris naturalibus, etiam si per impossibile servaret semper omnem legem naturalalem viribus naturae, esset etiam summe miser; item homo iustus dum est viator esset summe miser, immo omnes animae

existentes in purgatorio, quia in his omnibus salvaretur essentia summae misericordiae, scilicet negatio visionis Dei, ergo cum animae existentes in purgatorio non sint miseriae, quia carmina visionis Dei non est aeterna, neque homo existens in gratia dum est viator, quia pro alio tempore non debetur illi visio, neque lapis sit miser, quia non capax visionis Dei, sequitur necessarium quod sicut summa miseria non tantum dicit negationem visionis sed negationem visionis in subiecto capaci illius. Ita non tantum dicit negationem visionis, sed negationem aeternam.

2^a quia alia videtur ratio de beatitudine quam de infelicitate: quia beatitudo cum consistat in aliquo positivo tantum, requirit essentialiter illud positivum in aliquo individuo, at vero summa miseria cum consistat in negatione visionis Dei, non tantum negat hanc vel illam visionem, sed omnem etiam futuram, quia talis est natura [83r.] negationis, sicut quum dicimus Petras non currit, negatio [Ja] negat omnem cursum; quando vero dicimus Petrus currit, affirmatur tantum aliquis cursus, ergo quamvis ad beatitudinem essentiale sufficiat qualibet via ad Dei, tamen ad summam misericordiam requiruntur coenitiae omnis visionis atque ita earentia aeterna.

3^a quia cum beatitudo consistat in aliquo positivo non potest essentialiter requirere aliquid futurum, quia a futuro non potest crescere intrinseca perfectio illius positivi, tamen humana miseria potest crescere in ratione malitiae et misericordiae ab aliquo futuro, quia re vera negatio opera, quamvis respectu futuri potest esse praesens, nam modo potest quis intelligi negatus visione perpetua, nam duo videntes Deum, quorum alter est visurus Deum in perpetuum alter vero eodem modo se habent pro tempore pro quo vident Deum, tamen duo non videntes Deum, quorum alter non est visurus Deum in perpetuum, non se habent eodem modo, quia quamvis convenienter in eo, quod uterque non videt Deum atque ita uterque habet negationem visionis praesens, tamen differt alter ab altero quod in eo etiam tempore praesenti habet negationem visionis futurae aliquando conferenda, quam negationem non habet alter.

In hac re dilucidum est de ratione summae misericordiae non esse aeternitatem: probatur quia ratio misericordiae etiam est quadam ratio specifica; ergo quicquid fuerit accidentale respectu speciei erit etiam accidentale respectu summae misericordiae; sed privari Deo per mille

annos vel per infinitos annos est privatio eiusdem naturae specificae, quia utraque privat eodem bono positivo, ergo aeternitas est accidentis tali privationi et consequenter est accidentalis miseriae essentiae quae essentialiter consistit in tali privatione.

2º duratio alicuius miseriae temporalis supponit essentiam miseriae temporalis, ergo duratio aeterna supponit essentiam miseriae quae est aeterna, ergo sicut essentia miseriae temporalis non consistit in illa duratione, ita neque essentia summorum miseriae consistit in aeternitate summae misericordiae, praesertim quod duas miseriae possunt intelligi differentes specie et tamen durare similiter in aeternum, aliquin dannati nunquam esset miseri per summam misericordiam essentialiter, quia si talis miseria requirit essentialiter aeternitatem, ergo dannati in hoc die non sunt miseri vel, si sunt miseri, non sunt tales nunc propter diem sequacem, quia etiam sequens dies esset ¹³⁴ miser propter alium sequentem, et sic in infinitum [83v.] Ad primum respondetur et pro solutione notandum est quod negatio visionis divinae potest considerari primo ut est quaedam imperfectio et hac ratione etiam est in lapide, sicut quoniam ego non possum esse angelus essentialiter, nihilominus mea est imperfectio non esse angelus, sicut etiam omnis creatura dicitur imperfecta respectu Dei, cuius infinita perfectione caret. Secundo potest considerari negatio visionis Dei sub nomine misericordiae et hoc ratione tantum reperi potest in subiecto capaci visionis Dei, quis sub hoc nomine non tantum significatur negatio visionis, sed etiam significatur negatio prius in subiecto capaci et hoc ratione posset inveniri in homine creolo in virtutibus naturalibus non ordinato ad aliquum finem supernaturalem, quia revera esset summa miseria essentialiter hominem capacem visionis divinae numquam videre Deum. Tertio modo potest considerari negatio visionis divinae sub nomine poenae et hoc ratione non tantum significatur ipsa negatio, sed significatur negatio in subiecto capaci et rei debitae et hoc ratione contingere si sine culpa beati Deus auferat ab illo beato beatitudinem, atque ita iam illa negatio esset privatio. Quarto modo potest considerari negatio visionis sub nomine poenae moralis et hoc ratione non tantum significatur talis negatio, sed negatio in subiecto capaci et rei debitae et ablatae propter culpam. Respondetur ergo ad argumentum quia, quamvis miseria sub hoc vel illo nomine necessariae restaret aliquid aliud praeter negationem visionis, tamen reversa

essentia summæ miseriae in quocumque si] tantum est negatio visionis.

Ad secundum respondetur quod quamvis negatio visionis essentialiter neget omnem visionem, tamen negatio illo modo negat essentialiter omnem visionem pro omni tempore. Ad tertium respondetur quod quamvis negatio visionis Dei non crevit essentialiter per negationem visionis in perpetuum sed tantum extensive.

ARTICULUS 5. Utrum homo per suæ naturalia possit acquirere beatitudinem.

ARTICULUS 6. Utrum homo consequatur beatitudinem per actionem alicuius superioris creature.

ARTICULUS 7. Utrum requirantur aliqua opera bona ad hoc quod homo beatitudinem consequatur a Deo [84r].

ARTICULUS 8. Utrum omnis homo appetat beatitudinem.

Circa articulatum quintum sicut haeresis q[ua]dam sequitur sunt Bogardi et Beguini dicentes omnem intelleltalem naturam seipsa naturaliter esse beatam, qui error damnatus fuit in Concilio Viennensi et refertur eum ad nostrum de haereticis ubi definitur requiri lumen gloriae ad visionem Dei unde bene Paul[us] ad Rom. 6: gratia Dei vita aeterna et c. 9: non est volentis regre currentis sed Dei miserationis et ratio naturalis probat esse impossibile visionem Dei esse naturalem et debitam alicui creature, quia Deus ut intelligibilis et amicus excedit omnem creaturam, ergo neutrum potest esse debitum creature; de beatitudine autem naturali sive in hac vita sive in alia, quae esset animae separatae, quomodo posset viribus naturae comparare satis patet ex supra dictis. Circa articulum sextum legalitur error Porphyrii apud Augustinum] 10 De Civitate c. 9 et 10 asserentis hominem capacem esse beatitudinis per opera daemonis. Circa articulum septimum nonnulla disputat Med[ina] sicut circa articulum quintum quae spectant ad quaestinnem 12 primae partis. Circa articulum octavum sit conclusio: omnes appetunt naturalem beatitudinem in communione, beatitudinem tamen in particulari, scilicet, visionem Dei illi appetunt qui cognoscunt.

(Se continuará)

Bibliografía

I. BOLETÍN DE HISTORIA DE LA TEÓLOGIA EN EL PERÍODO 1500-1800

I. Personalia

Revie

POZZANZINI, ST., O. Carm.: *Giovanni Antonio Bouio, teólogo e vescovo di Molletta (+ 1622)*, *Textus et Studia Historica Carmelitana*, vol. X, Roma, Institutum Carmelitanum, 1970, XIV, 231 págs.

Bouio es una figura desconocida para la mayoría de los estudiosos. Y sin embargo su fuerte personalidad es digna de atención, sobre todo por su papel preponderante (neutral) en la Congregación De Auctiis y por su actitud en la confrontación entre la Sede y Venecia (en pro de Roma, pero insistiendo más en la persuasión que en la violencia, como medio de ganar a los adversarios). La presente monografía trata de dilucidar varios puntos históricos y precisar diversos aspectos en la vida y obra del teólogo carmelitano. En la primera parte se apunta el curriculum vitae de B.: nacimiento, primeros años, entrada en el Carmelo, actividad docente en los Estudios carmelitanos de Milán, Nápoles y Traspontina, en la Universidad de Pavia y en la Sapienza de Roma; cargos en la Orden (provincial y vicario general de la Orden) y en los dicasterios romanos (consalidor en la Congregación De Auctiis); controversia con Paolo Sarpi (a propósito de la inmortalidad celestina, no respetada por la República de Venecia); su actividad como obispo, su muerte el 12 de Agosto, 1622 y lista de sus escritos (18 títulos). Las dos partes principales del trabajo se refieren a las controversias acerca de la gracia (138-150) y de la inmortalidad eclesiástica (151-220). En cuanto a la primera, tras una breve síntesis histórica, se anotan algunos puntos de las tesis molinistas, para tratar luego de la defensa de Molina por parte de B., en particular, cuando éste prue-